

Quatenus  
**Hesiodeae rationis vestigia**  
in carminibus Homericis reperiantur.

I. De Odyssea et Theogonia.

Scripsit

**Stephanus Martin.**

~

PROGRAMM

zum

Jahresbericht der K. Studienanstalt Speier

für das Schuljahr 1888/89.



---

**Speier.**

Jäger'sche Buchdruckerei.

QSP  
2 (1888)



Iam veteres grammatici argumenta complurium in Iliade et Odyssea locorum ad Hesiodae poësis rationem accedere iure notaverunt. Et molestam illi quidem catalogorum ieiunitatem (cf. schol. ad v Il. Σ 39, Ω 614) et sententiarum praeceptorumque, quae ad vitae usum spectant, studium (cf. schol. ad v. Od. o. 74) illuc reiecerunt. Sed pauci loci, ubi ad illum „καὶ ὄνομα χαρακτῆρα Ἡσιόδειον“ revochemur, nobis traditi sunt<sup>1)</sup>. Neque nostra memoria ea res non tractabatur, ita ut cum fabularum similitudo tum versuum ratio et dicendi genus conferrentur<sup>2)</sup>. Sed quod vulgo Homerus aetate Hesiodo antecedere existimabatur, quibus hic et ille formulis uteretur, eas admodum omnes ex Homeri in Hesiodi carmina traductas esse putabant<sup>3)</sup>. Cum autem singulas Iliadis et Odysseae partes aetate multum inter se distare et alia aliunde a rhapsodis eo admixta esse satis comprobatum sit, etiam nonnulla ex Hesiodi carminibus hausta ibi exstare veri simile est. Hoc autem opusculo, cum ad omnes omnium utriusque poëtae versuum locos excutiendos hic parum spatii exhibeatur, una Hesiodi Theogonia cum solius Odysseae versibus comparabitur. Atque ne alienum

1) cf. Lehrs, de Arist. 2. p. 343. — 2) Friedr. Thiersch, Über die Gedichte des Hes., ihren Ursprung und Zusammenhang mit denen des Homer, Denkschr. d. Ak. z. München I. 1813. Quae praeterea de hac causa multa scripta sunt, composuit Goettling-Flach, Hesiodi carmina 3. p. LXXVI, seqq. cf. Bernhardt, Grundr. der griech. Lit. 3. II. p. 273; Bergk, Griech. Lit. Berl. 1872. I. p. 1012 seqq.; Christ, Griech. Liter. p. 67. 68. — 3) velut Ed. Kausch, Quatenus Hesiodi elocutio ab exemplo Homeri pendeat, Regiom. 1876.

quidem sit amplissimam illam causam ita circumscribere, quod et recentissimae Homeri carminum partes Odysseae sunt et res in Theogonia tractatae propius quam Opera et Dies ad Homeri fabulas accedunt, ut plures versus sive hinc istuc sive contra translatos esse credideris. Sed ubi res poposcerit, et Iliadis et Operum et Dierum versus et formulae respicientur.

Theog. 10. . . . *σιεῖχον περικαλλέα ὄσσαν εἶσαι,*  
 Od. μ. 192 *ὡς γάσσαν εἶσαι ὅπα κάλλιμον . . .*

Notandum est, quod *περικαλλής* vocabulum saepe apud Homerum, hoc uno loco in Hesiodicis carminibus legitur. Ceterum ὄσσα apud Homerum significare famam a deis profectam (velut in v. v. Od. α 282 . . . ὄσσαν ἀκούσης, β 216 . . . ὄσσαν ἀκούσω, qui versus ex α 282 prave traductus<sup>1)</sup>, Π. Β 93 . . . ὄσσα δεδῆει), apud recentiores omnino sonum monet scholion<sup>2)</sup>. Hanc vocabuli vim exhibet etiam v. h. Merc. 443 . . . ὄσσαν ἀκούσῃ sc. citharae, qui hymnus propius ad Hesiodicum sermonem accedit<sup>3)</sup>. Hac ampliore autem significatione inferior aetas indicatur. Huc accedit, quod in Odyssea carmen μ, cum eius partis sit, quae *Ἀλκίονος ἀπόλογος* appellatur, in antiquissimis Odysseae carminibus ducendum est<sup>4)</sup>. Neque praetermittam illam clausulam *ὄσσαν εἶσαι* praeterea reperiri in v. Theog. 43, in spuris v. v. 65. 67, qui versus universi sunt prooemii. Quae cum ita sint, quamquam Schoemannus<sup>5)</sup> rem in medio relinquit, illud

1) cf. Faesi, Homers Odys. 6. Berl. 1873. ad v. — 2) cf. Lehrs, de Arist. 2. p. 88. — 3) Sterrett, Qua in re hymn. Homer. V. maiores inter se differant antiquitate vel Homeritate, Boston 1881. p. XLV. — 4) Bergk, Gr. Lit. I 681 sqq. Christ, Gr. L. p. 22. 23. 33. Sittl, Die Wiederholungen in d. Od. München 1882, p. 161 sqq. — 5) Schoemann, Die Hesiod. Theogon. Berlin 1868. p. 300.



ὄσσαν ἰεῖσαι a prooemii quodam poëta *ex recordatione Homeri repetitum esse* asseverem.

Th. 21 . . . ἀθανάτων ἱερὸν γένος αἰὲν ἐόντων.

Od γ 147 . . . θεῶν τρέπεται νόος αἰὲν ἐόντων.

Saepe exstat hic versus finis in Theogonia velut in v. v. 33. 105. 801; praeter hunc Od. locum autem in v. Od. δ 583 . . . θεῶν χόλον αἰὲν ἐόντων. Crebro in Homeri carminibus legitur *illius formulae epicae* nominativus . . . αἰὲν ἐόντες, velut in v. v. Il. A 290. 494; Φ 518; Ω 99. Od. ε 7; ϑ 306; μ 371. 377 et accusativus in v. v. Od. α 263. 378; ϑ 365; β 143<sup>1)</sup>.

Th. 25 Μοῦσαι Ὀλυμπιάδες κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Od. ζ 105 . . . νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Theogoniae v. v. 52. 966. 1022 eadem, quae v. 25, verba habent. Quibus de locis suspectus est v. 25, quod, cum hymni sit Heliconis Musarum gloriae causa conditi, Olympicae commemorantur. Quod attinet ad illud κοῦραι Δ. αἰγ. sine dubio *formula epica est*. Iam addo v. Od. ι. 154 . . . νύμφαι x. A αἰγ. et quamquam a proposito nostro abhorret v. v. Il. B 598 μοῦσαι αἰεδοιεν, x. A αἰγ. et B 491 . . . Ὀλυμπιάδες μοῦσαι, Διὸς αἰγιόχοιο (sc. θυγατέρες), quae verba *melius in Hesiodi, poëtae Musarum, quam in Homeri carminibus quadrare* suo iure monuit Christ<sup>2)</sup>. Praeterea invenitur illa formula in v. Il. Z 420 νύμφαι ὄρεστιάδες, x. A αἰγ.

<sup>1)</sup> Diligenter composuit omnes in Homeri carminibus locos iteratos, Schmidt. Parallel-Homer, Göttingen 1885. — <sup>2)</sup> Zur Chronologie des altgriech. Epos, München 1884 p. 20 sqq.

Th. 27 ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

Od. τ 203 ἴσχε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

Priusquam tractentur hi versus ipsi, totum Odysseae locum a. v. τ 203 usque ad v. 210 considerare non alienum videtur. Iure dicas languida et quasi per lusum redintegrata eiusdem verbi (*τήκεσθαι*) repetitione imitationem alicuius rhapsodi apparere, id quod similiter factum videmus in v. v. Od. γ 296 sqq.<sup>1)</sup>. Versus vero τ 203 non minus suspectus videtur quam insequentes. Vocabulum ἴσχε enim et veteribus et recentioribus eius loci interpretibus multos iniecit scrupulos. Schol. quidem Ven. notat ad v. Od. τ 203 (ἴσχε): *τινὲς βούλονται τὸ ἔλεγε σημαίνειν, ἄλλοι δὲ τὸ ἴσχε, τὸ εἰκάζειν, ὁμοίου*. Praefracte autem schol. ad v. Od. χ 31 (ἴσχευ ἐκαστος ἀνήρ . . .), qui cum duobus insequentibus ab Aristarcho damnatus est<sup>2)</sup>, ἴσχε vocabulum pro ἔλεγε positum esse his verbis negat: *οὐδέποτε Ὀμηρος ἐπὶ τοῦ ἔλεγε τὸ ἴσχε, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ὁμοίου*.

Ut illo sic hoc tempore utra illius vocis significatio retinenda sit, indices inter se dissentiunt<sup>3)</sup>. Unde factum est, ut Buttmannus<sup>4)</sup> neutram sequeretur et ad v. Od. χ 31 ἴσπε pro ἴσχε coniectaret. Kruegerus<sup>5)</sup> autem ad ἴσχε („sprachs“) affert Theocritum 22. 167. Quod ibi et compluries apud Apollonium Rhodium (Argon. 2, 240. 1196. 3, 306 cet.) voci ἴσχε vis dicendi subiecta est, nisi ad recentiorem illius vocabuli usum nihil valet. Ab *Homeri ratione dicendi illam significationem verbi abhorreere inde patet*. Alii vero, quibus sagax ille Aristarchus auctor, ἴσχε referunt ad εἴσχειν (cf. schol. ad v. Od τ 203). Neque ea interpretatio satis expedita est, id quod bene

1) Geppert, Ursprung d. hom. Gesänge, Leipz. 1840. II. p. 234. —

2) quibus de causis male se habeant illi v. v. cf. Faesi ad v. v. χ 31—33. —

3) Diversas de ea re sententias composuit Ebeling, Lex. Hom. s. v. ἴσχε.

— 4) Lexil. II. No. 77. 6. — 5) Griech. Sprachl. 3. II. § 39 s. v.

senserunt illi, qui ἴσχε dicere valere affirmabant. Adhibe hanc (ἴσχειν) significationem ad v. τ 203, iam intelleges tales sermonis ambages alienas esse ab Homero. Haud bene Faesi, qui et ipse in v. τ 203 interpretatur „machte ähnlich, dichtete wahrscheinlich“, v. Od. δ 279 (πάντων Ἀργείων γωνὴν ἴσχουσ' ἀλόχοισιν sc. Ἑλένη) affert, quem Aristarchus delevit, quod Helena neque vocem uniuscuiusque uxoris Graecorum in equum inclusorum imitari, neque omnino tali dolo illos fallere posset (cf. ad v. δ 279 Eustath. Commentt.).

Neque haec neque illa interpretatio igitur satis probabilitatis habet. *Ego autem puto rhapsodum quendam v. τ 203 subduxisse ex v. Th. 27 et perverse inseruisse eundemque, id quod persuadet*<sup>1)</sup> illa vocabuli ἴγχεσθαι repetitio, insequentibus v. v. usque ad v. 210 immutasse. Qui censuerit minime quemquam tantae incuriae rhapsodum esse arguendum, conferat simile exemplum in v. v. Od. ψ 260 (ἀλλ' ἐπεὶ ἐγράφθης καὶ τοὶ θεοὶ ἐμβάλε θυμῷ) et τ 484 (ἀλλ' ἐπεὶ ἐγράφθης καὶ τ. θ. ε. θ.), ubi ἐγράφθης in v. ψ 260 aliam atque in v. τ 484, non Homericam, significationem habet<sup>2)</sup>, unde v. ψ 260 perverse ex τ esse haustus iudicatur. Praeterea dignus sit, qui commemoretur, v. Theogn. 713, quem affert Flach.: οὐδ' εἰ ψεύδεα μὲν ποιοῖς ἐτύμοισιν ὁμοῖα. Hic v. et ipse ex Theogonia traductus videtur esse, cum apud recentiores poëtas et versus et sententiae Hesiodaeae permultae inveniantur<sup>3)</sup>.

<sup>1)</sup> Cf. etiam Bergk, Gr. Lit. I. p. 710. — <sup>2)</sup> Sittl, Wiederhol. p. 146. — <sup>3)</sup> Cf. Bergk, Gr. Lit. I. 960.

Theog. 31 . . . ἐπέπνευσαν δέ μοι αὐδήν

32 θέσπιν, . . . .

Od. α 328 . . φρεσὶ σύνθετο θέσπιν αἰοιδίην.

Similiter dictum est in v. Od. θ 498 . . . ὄπασε θέσπιν αἰοιδίην et in v. Od. ρ 385 in initio versus ἢ θέσπιν αἰοιδόν; et pariter in h. Merc. 442 . . . ἔγρασε θέσπιν αἰοιδίην. Nihil addendum nisi huius formulae θέσπιν αἰοιδίην vel αἰοιδόν vel αὐδήν Iliadem esse expertem, quae quidem formula recentiorum carminum videtur esse.

Th. 35 ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα περὶ δρυῶν ἢ περὶ πέτρων.

Od. ι 163 οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἔσσι παλαιφάτιον, οὐδ' ἀπὸ πέτρης.

Hunc Theogoniae locum verbis quidem similem esse et Od. ι 163 et Il. X. 126 (οὐ μὲν πως νῦν ἔσσι ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης) monet Flach. a. v., qui proverbialem illam esse formulam dicit, id quod concedendum. Sed dubito an non tres illi loci referri possint ad significationem, ut ille vult, divini <sup>1)</sup>. Inprimis ei interpretationi v. Il. X 126 scrupulos exhibet. Qui vero fiat, ut proverbialis formula modo in hanc modo in illam sententiam flectatur, difficile sit dicere. Equidem censeo *plane diversis temporibus illos versus factos esse*, cum vera vis proverbii, id quod etiam apud nos proverbii quibusdam contigit, iam obscurata esset.

<sup>1)</sup> ad v. v. Od. ι 163 et Theog. 35 cf. Plato, Apol. p. 34 D et Phaedr. p. 275 et quas interpretandi rationes affert Flach. a. v.



Th. 40 . . . γελᾶ δέ τε δώματα πατρῶς.

Od. δ 657 ζ 296, ξ 319 . . . δώματα πατρῶς.

*Apparet hanc formulam epicam esse.* Ceterum Theog. v. recentioris aetatis arguitur vocabulo γελᾶ per translationem dicto, id quod ad lyrica spectat. Saepenumero quidem ille vocabuli usus apud recentiores poëtas invenitur cf. La Roche <sup>4)</sup> ad Il. T 362.

v. Th. 43 cf. ad Th. 10 (. . . ὅσσαν ἰεῖσαι).

Th. 44 Θεῶν γένος αἰδοῖον πρῶτον κλείουσιν αἰοιδῆ.

Od. α 338 ἔργ' ἀνδρῶν τε Θεῶν τε, τά τε κλείουσιν αἰοιοί.

Mirum est, si in v. Od. α 338 de vate dicitur κλείειν. Nam usitata canendi vocabula apud Homerum sunt αἰείδω et de Musis et de vate dictum velut in v. v. Od. θ 45. 73 (= Il. I 189). 83 (= 367 = 521 = α 325). 87. 90. 266 (= α 155). 489. 492. 538. ρ 519. χ 331 (= α 154). ρ 348 (παραιδέειν). 352. Il. A 604. B 598. ἐννεπε de Musis et hominibus inter se colloquentibus: Od. α 1. Il. B 761 etc. μέλπομαι de vate Il. Σ 604. Od. δ 17. ν 27. ἔσπετε quater in Iliade de Musis usurpatum: B 484. A 218. Ξ 508. II 112. Nusquam autem nisi in hoc Od. loco de vate κλείω dicitur.

Sed contemplemur ceteros locos Homericorum carminum κλείειν exhibentes: v. Od. ρ 418 . . . ἐγὼ δέ κέ σε κλείω κατ' ἀπείρονα γαῖαν, quae verba Ulixes mendicus Antinoo cenanti dicit, non vates. Genus passivum vero invenitur in v. Od. ν 299 μῆρι τε κλέομαι καὶ κέρδεσιν . . . id quod Minerva de se, et Il. Ω 202 ἔκλε' ἐπ' ἀνθρώπους ξείνους . . . , quod Hecuba de Priamo pronunciat.

<sup>4)</sup> Homers Ilias, Berl. 1870.

In his igitur versibus *κλείειν* omnino significationem „preisen“ habet neque de rhapsodis dicitur. Hoc loco α 338 autem *κλείειν* nihil significat nisi *ἀείδειν* vel potius *κλέα ἀείδειν*, quod in v. 9 73 . . . ἀνῆχεν ἀειδέμεναι κλέα ἀνδρῶν legimus, ita ut, cum in insequente versu α 339 τῶν ἐν γέ σῳιν ἄειδε exstet, variationis vocabuli causa illud *κλείειν* esse adhibitum mihi videatur, sed, quod abhorret a solito dicendi genere, aliunde atque ex Homero ductum. Ille autem finis v. Th. 44 *κλείουσιν ἀοιδῆ* notabilis est, quod et ipso vocabulum *ἀείδειν* circumscribitur.

Quae vocabula apud Hesiodum significatione „besingen“ ornata inveniantur, iam tractabitur. Sunt autem *ἀείδω* semel in v. Th. 34 de vate, semel in v. Oper. 662 de Musis, qui versus spurius putatur (cf. Goettl.-Flach ad v. v. Oper. 646 — 662). *ἐρέπων* in v. Oper. 194 et *ἐρέποντες* in v. Oper. 262, qui spurius videtur, de hominibus; de Musis *ἐννέπετε* in suspecto v. Oper. 2; sub forma *ἐρισπεῖν* de homine in v. Th. 369 *μέλπομαι* de Gratiis exhibetur in v. Th. 66, in insequente autem versu *κλείειν* eodem sensu legitur, sed spurius ille. *ἔσπετε* vocabulum in Theog. non exstat, at *κλείω* de vate in v. Th. 32 . . . ἵνα κλείομι τά τ' ἐσόμενα πρό τ' ἐόντα cum significatione „besingen“ reperitur, eodem sensu de Musis in v. Th. 105 *κλείετε δ' ἀθανάτων ἱερὸν γένος αἰὲν ἐόντων*. Praeterea in hoc v. Th. 44 et in illo, ut supra dictum, spurio v. Th. 67. Neque in spurio prooemio, Oper. v. 1. *Μοῦσαι Πιερίθην, ἀοιδῆσι κλείουσai* non legitur neque in v. hymn. Hom. 31. 18 . . . κλήσω μερόπων γένος ἀνδρῶν, cuius aetas satis recens <sup>1)</sup>.

Ex locis allatis illud *κλείουσιν ἀοιδοί* ab antiquo Homeri sermone abhorreere apparet atque clausulam in v. Od. α 338

<sup>1)</sup> Baumeister, Hymn. Hom. Lips. 1869. p. 366.

ad v. Th. 44 referendam esse probabile est. Cui autem recens quae putatur Theogoniae proemii aetas offensionis est, respiciat vocabulum οἶδας in v. Od. α 337<sup>1)</sup>.

Th. 46 οἱ τ' ἐκ τῶν ἐγένοντο θεοί, δωτηῆρες εἰάων.

Od. θ 325 ἔστιαν δ' ἐν προθύροισι θεοί, δωτηῆρες εἰάων.

Versus Th. 46, quod δωτηῆρες εἰάων, epithetum Olympicorum deorum proprium, male de Titanibus usurpat, ex v. Th. 111 huc traiectus videtur (cf. Goettl.-Flach. ad v.). Iam Koechlyo offensionis fuerat, at Schoemannus (l. l. p. 304) eum defendit. Ceterum hic versus mihi afferendus erat propter illam formulam δ. ε.

Memoratu dignum videtur esse δωτηῆρες εἰάων in Od. θ ἅπασι εἶναι λεγόμενον neque minus illud δῶτιορ, quod invenitur in v. θ 335: Ἐρμεία, Αἰὼς νύε, διάκτορε, δῶτιορ εἰάων, id quod aliquid momenti habeat, si ponderaveris totum locum a v. 266 —369 et veteribus et recentioribus in suspensionem venisse<sup>2)</sup>. Apud Hesiodum autem saepius illa formula invenitur atque in sola quidem Theog. velut in v. 111 = 46; Th. 633 οἱ δ' ἄρ' ἀπ' Οὐλύμπιοι θεοί, δωτηῆρες εἰάων. Th. 664 ὡς γὰρ ἐπ-ῆγησαν δὲ θεοί, δωτηῆρες εἰάων. Deinde notandum est, quod formula δωτηῆρες ε., quae omnibus his locis universis deis Olympicis tribuitur, in v. θ 335 de solo Mercurio usurpatur, atque altera quidem forma δῶτιορ, quae neque usquam in Hesiodicis neque, hymnos si omiseris, ubi in spurio<sup>3)</sup> v. XVIII. 12 et

<sup>1)</sup> cf. Homers Od. v. Ameis, Anhang, ad v.; de rebus cf. etiam Christ, Chronol. p. 32 ad v. α 327 et Homer u. Homeriden p. 53 (173) ad v. α 344. — <sup>2)</sup> cf. Bergk, Gr. Lit. I. p. 679. Sittl, Die Wiederh. p. 127. — <sup>3)</sup> Baumeister, Hymn. Homer. p. 349 ad h. XVIII.

XXIX. 8 de Mercurio usurpata legitur, in Homericis carminibus invenitur. Perverse autem illud epithetum de Mercurio adhibitum est <sup>1)</sup>).

Quae cum ita sint, etiam *hanc formulam esse Hesiodicam* <sup>2)</sup> et in v. v. Od. 9 325. 335 et hymn. Hom. XVIII. 12 et XXIX. 8 *tractam esse contendam.*

Th. 47 . . . θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν.

Od. χ 216 . . . πατέρ' ἠδὲ καὶ νιόν.

Eadem quae in v. Th. 47 clausula in v. v. Th. 457. 468 exstat. Apud Homerum vero integram, qualis est in v. Th. 47, non inveni, similes exhibentur permultae, velut in v. v. Il. A 334 544. Γ 68. E 426. O 12. 47. Ω 103. Od. α 28. μ 445. σ 137. Nihil igitur ex v. Th. 47 sequitur *nisi illam formulam esse epicam Hesiodi propriam.*

Th. 52 Μοῦσαι Ὀλ., κοῦραι Δ. αἶγ. cf. ad v. Th. 25.

Th. 58 ἀλλ' ὅτε δῖ' ῥ' ἐμμαντὸς ἔργν, περὶ δ' ἔτραπον ὦραι  
= Od. ζ 469.

Th. 59 μῆρῶν φθινόντων, περὶ δ' ἡμέαια πόλλ' ἐτελέσθη  
= Od. ζ 470.

Versus Od. ζ 469 et Theog. 58 communis sermonis epici sunt et saepenumero in Homeri quidem carminibus similes tem-

<sup>1)</sup> Quod haud raro factum esse monet Geppert, Ursprung II. p. 203 et Sittl, Wiederhol. p. 63. 155 sqq. — <sup>2)</sup> cf. Peppmüller, Commentar zum 24. B. d. II. Berl. 1876 ad v. 528.



poris definiendi formulae reperiuntur velut in v. v. Od. β 107  
*ἀλλ' ὅτε τέτρατον ἤλθεν ἔτος καὶ ἐπὶ γλυθον ὄραι* = τ 152 =  
 ω 142; λ 295 *ἄψ περιελλομένον ἔτεος, καὶ ἐπὶ γλυθον ὄραι* =  
 ξ 294 = h. Apoll. Pyth. 172, atque recte solemnnes loquendi  
 formulas iam ante Homerum et Hesiodum receptas a poëtis  
 frequentatas esse Lennepius<sup>1)</sup> monet. Aliter vero res se habet  
 in v. v. Od. κ 470 = τ 153 = ω 143, quos versus optimi co-  
 dices non exhibent. *Ex v. Th. 59 sine ulla dubitatione in  
 Od. locos supra allatas illa verba transposita sunt.*

Quod attinet ad initium versus *ἀλλ' ὅτε δῆ*, saepissime aliis  
 locis exstat velut in v. v. Th. 468. 888; in Od. v. v. α 16.  
 γ 269. 286. δ 252. 420 etc.

Th. 63 . . . χοροὶ καὶ δώματα καλά

Od. κ 13 . . . πόλιν καὶ δώματα καλά.

Idem versus finis *δῶμ κ.* occurrit nobis in v. v. Od. γ 387.  
 θ 41. κ 252. ο 454. π 109. ρ 319. ω 360, qui et ipse *in for-  
 mularum usum referendus est.*

Th. 64 . . . Χάριτες τε καὶ Ἰμερος οἴκι' ἔχουσι.

Od. ι 505 . . . Ἰθάκη ἐνὶ οἴκι' ἔχοντα.

Quod alii iudices hunc Th. versum damnant, alii defendunt  
 (cf. Flach. et Schoem. ad l.) ad nostram causam nihil valet,  
 cum *epicis formulis tribuendus sit.*

<sup>1)</sup> Hesiodi Theogon. instrux. D. I. v. Lennep. Amstel. 1843.

Th. 65. 67 . . . ὄσσαν εἶσαι cf. ad Th. 10.

Th. 80 . . . βασιλεῦσιν ἄμ' αἰδοίοισιν ὀπιθεῖ.

Od. η 165 = 181 . . . ἐκένησιν ἄμ' αἰδοίοισιν ὀπιθεῖ.

Non est, cur v. Th. 80 ex Od. subductum putemus, nam quamquam hoc uno loco in Hes. carminibus ὀπιθεῖν cum ἄμα coniungitur, in Odys. praeter illos locos haec clausula et in v. ι 271 exstat, ab Hesiodi dicendi genere haec coniunctio non abhorret. Legitur enim in v. Oper. 230 . . . μεν' ἀνδράσι λιμὸς ὀπιθεῖ. Ceterum quod attinet ad vocabuli ὀπιθεῖν constructionem, ut omittam suspectum v. Oper. 142, v. Il. P 251 similem, conferantur v. v. Od. ρ 237. Il. E 216. et Oper. 313. 326, quibus locis ὀπιθεῖν cum dativo coniungitur. *Res autem ad communem epicum sermonem referenda est.*

Th. 89 . . . μειάροπα ἔργα τελεῦσαι.

Od. ρ 51 = 60 . . . ἄντινα ἔργα τελέσσει.

In his Theog. et Od. versibus vocabula leguntur, quae in sermone epico satis offensionis habent: *μειάροπος* nullo Homeri, hoc uno Hesiodi carminum loco invenitur. *ἄντινος* autem praeter hos Od. locos in Il. Ω 213 . . . ἄντινα ἔργα γένοιτο exstat. Non praetereundus denique est v. Od. α 379 . . . *παλίντινα ἔργα γενέσθαι* = β 144. Neque dubium esse potest, quin Il. Ω 213 poëtae sit, qui Od. formulam imitetur<sup>1)</sup>. Similiter dictum est in initio v. Od. γ 275 *ἐκτελέσας μέγα ἔργον* . . . . Quomodo vero illi versuum fines se habeant, haud disceptem'

<sup>1)</sup> Geppert, Ursprung. Il. (62, 63) 64,

*utique satis recentis aetatis sunt.* Non alienum autem esse arbitror totius Theog. loci a v. 81 – 93 rationem habere.

Th. 92 *αἰδοῖ μιλίχην, μετὰ δὲ πρόπει ἀγορμένοισι*  
= Od. 9 172.

Faesi ad v. Od. 9 172 bene monet v. v. 171–173 Hesiodi v. v. Th. 86. 91 sqq. recordationem habere videri. Atque ut hic unus Th. et Od. versus, non totus locus rebus coniunctus tractetur, fieri non potest. Comparentur autem inter se versus

Theog. 81–92 et Odys. 9 167–175.

Hos locos non modo sententia sed etiam verbis alterum alteri simillimos esse apparet. Sed scite in Theog. 1) Musae eloquentiam et facultatem res bene diiudicandi regibus tribuunt, in Odys. dei omnino omnibus, quibus favent, hominibus facundiam deferunt; ibi definite, hic generatim dictum, id quod haud raro imitatore[m] significat.

Sed ut verba ipsa respiciam: in Theog. legitur elegans illa translatio *ἐπὶ γλώσση γλυκερὴν χεῖρονσιν ἐέρσιν*, in Odys. *ἄπαξ λεγόμενον ἀγορητύν*. Accedit, quod in v. v. 9 170 et λ 367, ut monet Faesi, *μορφή* translatum verbum exhibetur. At v. λ 367, vel potius v. v. λ 328 – 384, recentioris aetatis videtur esse 2). Adde quod in v. 9 170 *σιέγει* et in v. 175 *περιστέγειαι* per translationem usurpatur. Idem vocabulum *ἔσιεγε* etiam legitur in v. Π. Σ 205, in Hoplopoia quae dicitur 3), sed proprie ibi dictum, ut item *περιστέγει* in v. Od. ε 303. Praeterea

1) Schoem. Hes. Theog. p. 306. 307. — 2) Sittl, Wiederh. p. 118.  
— 3) de cuius aetate cf. Christ, Homer u. Homer. p. 45 (165), qui eam refert ad tempus quo ipsa Odyssea composita sit.

noto, quod nisi in v. θ 167 *χαρίεντα* pro substantivo adhibitum nusquam in Homeri libris legitur, quae res omnes tempus inferius significant.

Ceterum Ulixis verba non apte <sup>1)</sup> responsa mihi videntur Laodamanti et Euryalo ad certamen concitantibus. Nam quid sibi vult, cum facundiam extollit? Ad tantas illas contumelias breve sed grave responsum quadrat, quale hemistichium θ 166 usque ad *ἀταστάλω* et ceteris omissis hemistichium v. θ 179 ab *ἐγώ* et sequentes v. v. usque ad v. 186 continent. Quis autem inscius est illius imitatorum artis, qua verba, a quibus interpolationem ordirentur, versibus interpositis repeterent, velut hic in v. θ 166 . . . οὐ καλὸν ἔειπες et 179 εἰπὼν οὐ κατὰ νόσον?

Quae cum ita sint, *totum Odysseae locum a priore hemistichio v. θ 166 usque ad alterum hemistichium v. 179 a rhapsodo ex Theogonia tractatum esse facile concluderis*, sive v. v. Th. 81–93 Hesiodi ipsius sunt, sive ad antiquum in Musas hymnum pertinent.

Theog. 105 . . . ἱερὸν γένος αἰὲν ἑόντων cf. ad v. Th. 21.

Th. 107 . . . ἄλμυρός ἔτρεφε πόντος.

Od. δ 511 . . . πῖεν ἄλμυρὸν ὕδωρ.

In Odyssea tribus locis, δ 511, ε 100, μ 236 *haec formula*, atque *ἄλμυρός* cum *ὕδωρ*, in Theog. duobus, in v. v. 107. 964, atque *ἄλμυρός* cum *πόντος* coniunctum exstat. Sed v. Th. 964 (cf.

<sup>1)</sup> cf. etiam Ameis-Hentze, Homer. Od. ad v. θ 167 et ad θ 172, Anhang.



Flach. ad v.) spurius est et bene etiam v. Od. δ 511 deletur cum quod in optimis Alexandrinorum libris omittitur<sup>1)</sup> tum propter colorem narrandi re indignum.

Th. 110 . . . καὶ οὐρανὸς εὐρὸς ὑπερθεῖν.

Od. ε 184 . . . καὶ οὐρανὸς εὐρὸς ὑπερθεῖν.

Eadem verba Iunonem in v. v. Il. O 36—39 = Od. ε 184—186 iurare monet Faesius. In Theog. praeterea haec formula est in v. 702 . . . Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὸς ὑπερθεῖν et 840 . . . καὶ οὐραν. εὐρ. ὕπ.

Iuris iurandi verba, in quorum numero etiam clausulae in v. v. ε 184 et O 36 sunt, saepissime apud Homerum inveniuntur, atque dei quidem per Stygem (cf. v. B 755, Ξ 271 sqq., O 36 sqq.), homines per Iovem, per deos vel per res veneratione dignas iurant (cf. v. v. Il. A 338. Γ 276. H 411. K 329. T 258. X 254. Ψ 43. Od. ξ 119; 158 = ρ 155 = υ 230. ξ 394. σ 523. π 243. ρ 475. τ 303).

Sed cum formulae versuum allatorum inter se similes, saepe pares sint, nusquam eandem atque in v. Il. O 36 et Od. ε 184 formulam inveni, neque omnino usquam versus finem οὐρ. εὐρ. ὕπ., hymnos si omiseris, velut v. h. Cer. 13; h. Ap. Del. 84 (—86 = Il. O 36—38 = ε 184—186); h. Ap. Pyth. 156, quorum quidem hymnorum propter dicendi genus Hesiodaeae ut ita dicam scholae tribuendi sunt h. Cerer. et h. Ap. Pyth.<sup>2)</sup> Ceterum etiam rebus, quae in v. v. Il. O 36 sqq. et in Od. ε 184 sqq. de Styge exponuntur, animi ad longam illam eandemque vetu-

<sup>1)</sup> Eustathii, Commentarii ad Hom. Od. Lips. 1825. p. 178 ad v. cf. etiam Ameis-Hentze, ad v. δ 511, Anhang. — <sup>2)</sup> Sterrett, l. l. p. XLV. seqq.

stissimam <sup>1)</sup> Stygis in v. v. Th. 775—806 descriptionem revocantur. Dubium autem non est, quin *ille* (z. οὐρ, εὐρ. ὕπ.) *versus finis Hesiodicus sit*.

De integritate vero locorum, ubi v. v. O 36 sqq. et ε 184 sqq. legantur, agere non alienum videtur. Versus ε 171—91 tractavit Sittelius l. l. p. 108 sqs., qui eos cum van Herwerdenio <sup>2)</sup> ut interpolatos delet. Equidem illius loci amplificationem etiam illa iurandi formula indicari addiderim. Carmen autem O in II. multis interpolationibus esse contaminatum apparet <sup>3)</sup>. Multis rebus ad priora (N, Ξ) carmina revocamur, velut in Herculis Coon delati (cf. v. II. O 25 ad Ξ 250 sqq.) et Ascalaphi interfecti (cf. v. O 111 ad N 518 sqq.) narratione. Neque aliter in Iunonis iureiurando (cf. v. O 36 ad Ξ 271 sqq.) res se habet, ita quidem ut in v. O 36 versus finis adhibeatur, qui ex rebus allatis *iure Hesiodicus dicendus sit*.

Th. 111 . . . δωτῆρες ἔδων cf. ad v. Th. 46.

Th. 117 Γαί' εὐρύστερνος, πάντων ἔδος ἀσφαλές αἰεὶ (ἀθανάτων)  
Od. ζ 42 Οὐλυμπόνδ', ὅθι φασὶ θεῶν ἔδος ἀσφαλές αἰεὶ.

Iterum illa formula de Tellure <sup>4)</sup>, ubi verba versui Od. ζ 42 magis respondent, legitur in v. Th. 128 ὄφρ' εἴη μακάρεσσι θεῶν ἔδ. ἀσφ. αἰεὶ. Saepe apud Homerum Olympus ἔδος ἀθανάτων dicitur, velut in v. v. II. E 360. 367. Θ 456, ubi hemistichium hemistichio v. E 360 par est, Ω 144, qui versus ἔδος Οὐλύμποιο

1) Bergk, Gr. Lit. I. 986. — 2) Quaestiones epicae et elegiacae p. 42. — 3) Bergk, Gr. Lit. I. p. 611, 613 cf. etiam Christ, Homer. II. carmin. in prolegg. — 4) non de Urano cf. Schoemann Hes. Theog. p. 92.

exhibet. Ad v. Od. ζ 42 Faesius bene monet v. v. ζ 42—47 suspectos esse, qui neque suo loco neque iusta brevitate dicti sint. Re vera vocabulo φασί<sup>1)</sup> indicatur rhapsodum, cum ei hemistichii θεῶν ἔδ. ἂ. αἰ. in mentem veniret, alienis verbis uti, ita ut, quod de Tellure dicebatur, Olympo tribuat. Quamobrem, si non sequentes versus, certe hoc hemistichium ex recorde Theogoniae fluxisse dixerim.

Th. 122 δάμναται ἐν στήθεσσι νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν.

Od. π 242 χεῖράς τ' αἰχμητήν ἔμεναι καὶ ἐπίφρονα βουλήν.

In hoc Od. versu et in v. ψ 12 adiectivum ἐπίφρων, quod plerumque substantivo βουλή adiungitur, hominibus tributum est, quem ampliorem vocabuli usum imitatorum Homeri esse Geppertus (l. l. II. p. 54) dicit. Praeterea illa formula in v. Od. τ 326<sup>2)</sup> legitur, qui versus et propter significationem illius περί<sup>3)</sup>, quod nusquam Iliadis in verbis compositis „über, hinaus“ valeat, et propter verba Penelopae minus idonea<sup>4)</sup> aetate recentior videtur esse. Qui loci cum ita se habeant, nobis v. Od. γ 128 ἀλλ' ἔνα θυμὸν ἔχοντες νόῳ καὶ ἐπίφρονι βουλήν relinquitur. Mirum vero mihi videtur, quod in duobus insequentibus versibus idem vocabulum non idem significans versum claudit:

γ 127 οὔτε ποτ' εἰν ἄγορῃ δίχ' ἐβάζομεν οὔτ' ἐνὶ βουλήν,

128 ἀλλ' ἔνα θυμὸν ἔχοντες νόῳ καὶ ἐπίφρονι βουλήν.

Sed consideremus similes Theog. locos: Th. 661 . . ἀτενεῖ  
τε νόῳ καὶ ἐπίφρονι βουλήν, Th. 896 . . μένος καὶ ἐπίφρονα βου-

<sup>1)</sup> cf. v. Ω 615 et La Roche Hom. II. ad v. B 782. — <sup>2)</sup> ubi Ameis ἐπέφρονα, cf. Auhang ad v. — <sup>3)</sup> cf. Geppert, Ursprung. II. 54, qui affert v. II. A 258, 287. Od. α 66 et comparat cum v. v. Od. γ 248, τ 326. — <sup>4)</sup> Geppert, Urspr. I. 342.

λήν. His quidem locis ad substantivum βουλή illud ἐπίφρων referendum est. Quamquam autem unus certus locus in Odyssea cum illa formula, in Theogonia tres exstant, qui in antiquissimis illius carminis habendi sint, *nisi similitudinem versuum nihil notare possum.*

Th. 125 . . . Ἐρέβει φιλότῃ μιγείσα.

Od. τ 266 . . . τέκνα τέκῃ φιλότῃ μιγείσα.

In Theog. idem versus finis in v. v. Th. 333. 375. 920. 927 invenitur. Similiter dictum in v. Il. B 232 . . . μίσηγ' ἐν φιλότῃ. In initio v. v. exstat in Il. Z 161. 165. Q 131. Multos similes locos affert La Roche ad v. Il. N 286. *Illa formula epica est.*

Th. 133 . . . τέκ' Ὀκεανὸν βαθυδίνην.

Od. κ 511 . . . ἐπ' Ὀκεανῷ βαθυδίνην.

Similis versus finis in v. Il. Y 73 . . . ποταμὸς βαθυδ., idem fere in v. Oper. 171 . . . παρ' Ὀκεανὸν βαθυδίνην legitur. *Ceterum epice dictum est.*

Th. 139 . . . ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας.

Od. δ 321 . . . ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντας.

Ex Theogonia afferendus est v. 898 . . . ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντα et ex Odys. v. α 368 . . . ὑπέρβιον ὕβριν ἔχοντες. Praeter hos locos simile invenitur hemistichium in v. Il. Σ 262 αἶος ἐκείνου



θυμός ὑπέρβιος . . . , quod quidem, perperam de clementi illo Nestore usurpatum, in v. Od. ο 212 traductum est <sup>1)</sup>).

Eadem fere formula, quae in v. Od. α 368, nobis occurrit in v. Od. π 410 . . . ὑπέρβιον ὕβριν ἔχουσιν, ad quem versum notandum est totam partem π 342—451 in additamentis, quae post veterem Telemachiam interposita sunt, numerandam esse, id quod apparet ex v. v. π 384—86 qui v. v. β 335—36 imitantur <sup>2)</sup>. Quibus locis patet vocabulum ὑπέρβιος cum ὕβριν aut ἦτορ in antiquis Homeri carminibus non coniungi, semel cum θυμός in v. Il. Σ 262, ita ut formula ὑπέρβ. ἦτ. et ὑπέρβ. ὕβρ. recentior esse videatur.

His de causis, praesertim cum carmen Od. δ multis rebus aliunde traductis ornatum sit <sup>3)</sup>, etiam *illam clausulam iure Theogoniae adiudices*, nisi forte cum multis iudicibus versum α 368 respicis, ut in v. δ 321 quoque pro ἦτορ legas ὕβριν: ὑπέρβιον ὕβριν ἔχοντες.

Ceterum admodum paucis locis proci ὑπερβ. ὕβρ. ἔχ. dicuntur, aliis ἀγήνορες ut in v. v. α 106. 144; ρ 79; σ 43; υ 292. ἀγαυοί β 209. 247. ὑπερρηγορέοντες β 266. δ 766. 769. ρ 581. ἀναιδεῖς ν 376. υ 29. 39. 386. ψ 37. ὑπερφίαλοι α 134. β 310. π 271. σ 167 etc.

Th. 144 Κόκλωπες δ' ὄνομ' ἦσαν ἐπώνυμον . . .

Od. η 54 Ἀρήτη δ' ὄνομ' ἐστὶν ἐπώνυμον . . .

Versus Th. 144, 5. spurii iudicantur <sup>4)</sup>, et qui eos composuit, Homeri Od. v. η 54 videtur imitatus esse.

1) Sittl, Wiederh. p. 45. 46. — 2) Sittl, Wiederh. p. (101) 103. — 3) cf. Christ, Chronol. p. 7. 8. 29. 30 sq. — 4) cf. Goettl.-Flach. Hes. Theog. ad v.

Th. 148 . . . παῖδες μεγάλοι τε καὶ ὄβριμοι, οὐκ ὀνομαστοί.

Od. τ 260 . . . ἐποψόμενος Κακοίλιον οὐκ ὀνομαστήν.

= τ 597 = ψ 19.

Apud Hesiodum praeterea vocabulum ὀνομαστός exstat in fr. XLIV. (Goettling-Flach; apud Kinkel. Epic. Graec. fragm. sub 31, in catalogo) v. 6 . . . εἶχε δὲ δῶρα. v. 7 παντοῖ' οὐκ ὀνομαστοτά. Similitudinem horum Theog. et Od. versuum Schoemann. l. l. p. 106 notat. Geppertus<sup>1)</sup> vero totius sermonis ex ipso v. τ 219 ambages vituperat, quibus illum locum commutatum esse apparet<sup>2)</sup>, idemque eadem, quae in v. τ 260, verba iterum a Penelope dici in v. τ 597 atque omnes versus, ubi vocabulum Κακοίλιος reperiatur, poëtarum Homerum imitantium esse monet<sup>3)</sup>, cum Homerus κακός nisi cum vocabulis, quae a consonante incipiant, velut κακομήχανος, κακορραφή, κακότεχνος, in veteribus carminibus non componat.

Neque magis ὀνομαστός nomen apud Homerum exstare aut sermonis Homericum esse ille affirmat<sup>4)</sup>. Ceterum invenitur illud verbum in v. hymn. Ven. 254, ubi haec lectio collatis locis Hes. Theog. 148. Apoll. Argon. Γ 801. Dioscor. ap. Suid. s. Θαλάμη, restituta est<sup>5)</sup>

Cum igitur vocabulum ὀνομαστός apud Homerum nisi ab eis, qui illum imitentur, non adhibeatur atque in v. hymn. Ven. 254 ad v. Th. 148 esse referendum videatur, cum in locis Hesiodi satis certis, v. Th. 148 et catalog. fr. XLIV (vel 31), reperiatur, *probabile est illud οὐκ ὀνομ. ex Hesiodico sermone in Homericis carminibus esse translatum.*

<sup>1)</sup> Ursprung, I. p. 342. — <sup>2)</sup> Bergk, Gr. Lit. I. p. 710 sqq. —

<sup>3)</sup> Geppert, Ursprung. II. 70, 71. — <sup>4)</sup> l. l. II, p. 105. — <sup>5)</sup> Baumeister, Hymn. Hom. p. 271. — <sup>6)</sup> de catalog. cf. Bergk, Gr. Lit. I. p. 1004.

Th. 153 . . . μεγάλην ἐπὶ εἶδει.

Od. ρ 368 . . . ἐπὶ εἶδει τῷδε.

Illud ἐπὶ εἶδει etiam in medio versu Od. ρ 454 legitur. In formularum epicarum numerum haec quoque redigenda est.

Th. 158 . . . κακῶ δ' ἐπιτέρπετο ἔργῳ.

Od. ξ 228 . . . ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.

Hoc uno Od. loco vocabulum ἐπιτέρπεται exstat neque saepius apud Hesiodum. Praeterea in hymn. Apoll. Pyth. est v. 26 (204): οἱ δ' ἐπιτέρπονται θυμὸν . . . Quae formula cum semel hic in Od. et ibi in Theog. inveniatur, utri tribuenda sit, diiudicari non potest.

Th. 160 . . . δολίην δὲ κακίην ἐφράσσατο τέχνην.

Od. δ 529 . . . δολίην ἐφράσσατο τέχνην.

Suo iure Flach. in v. Th. 160 nisus locis Od. δ 529 et Nonni Dion. XXXVII. 351 . . . δολίην ἐφράσσατο βουλήν pro vulgata lectione ἐπεφράσσατο reposuit ἐφράσσατο. Ceterum huc etiam v. Od. δ 455 . . . δολίης ἐπελήθετο τέχνης afferendus est et, propter illud τέχνην, v. Od. θ 327: τέχνας εἰσορῶσι πολύφρονος Ἡφαίστιο, et v. hymn. Merc. 317 αὐτὰρ ὁ τέχνησίν τε καὶ αἰμυλίοισι λόγοισιν (ἤθελεν ἐξαπατᾶν), quibus locis illud vocabulum cum significatione „List, Ränke“ exstat.

In Iliade vero uno loco nomen τέχνη legitur atque in veteris illius carminis v. Γ 61, ibique „Kunst“ significat. Pro δολίη κακή τέχνη autem in v. Il. O 14 similiter dictum est κακότεχνος δόλος.

Praeterea notandum quod τέχνη verbum nisi in Theogonia apud Hesiodum non invenitur atque novem quidem ibi locis: Th. 160. 496<sup>1)</sup>. 540. 547. 555. 560. 770. 863. 929; in duobus his versibus Th. 863. 929. τέχνη valet „Kunst“, in omnibus ceteris „List“; cum δόλιος componitur τέχνη in v. v. Th. 160. 540. 547. 555. 560.

Haec autem formula δολίῃ τέχν., quae in Theogonia, quod carmen Odysseae magnitudine multo cedit, totiens exstat, ad *Hesiodicam dicendi rationem referenda et in Homeri carmina esse translata videtur*, id quod similitudine clausularum confirmatur: Theog. v. 160 = Od. δ 529<sup>2)</sup>; Th. 547 = 560 = Od. δ 455.

Th. 184 . . . περιπλομένων ἐνιαυτῶν.

Od. α 16 . . . περιπλομένων ἐνιαυτῶν.

Haec formula, quae singulari numero dicta etiam in v. Oper. 386 legitur, praeterea in v. Il. Ψ 833 et Od. λ 248. hymn. Cer. 265 exhibetur, cum composito ἐπιπλομένων in v. Theog. 493 et Scut. 87 exstat, sermonis epici est. Similis est clausula in v. v. Od. η 261 = ξ 287 . . . ἐπιπλόμενον ἔτος ἦλθεν.

Th. 189 . . . πολυκλύστη ἐνὶ πόντῳ.

Od. δ 354 . . . πολυκλύστη ἐνὶ πόντῳ.

πολύκλυστος vocabulum, ut quidem res fert, in Odyssea modo invenitur, velut in v. v. δ 354, ζ 204, τ 277, in Theogonia

<sup>1)</sup> qui versus spurius cf. Goettl.-Flach, ad v. — <sup>2)</sup> de aetate v. v. δ 512—537 cf. Christ, Chronol. p. 32.



autem, si spurium v. 199<sup>1)</sup> omiseris, uno hoc loco v. 189. Non commemoro v. ζ 204 esse suspectum<sup>2)</sup> et carmen τ multis interpolationibus auctum. Unum autem certe concludas πολυκλ. ἐ. π. formulam esse, quae demum post veterem Iliadem et Odys. in recentioribus carminibus epicis usurpata sit.

Th. 196 . . . εὐστέφανον Κυθήρειαν.

Od. θ 288 . . . εὐστεφάνου Κυθηρείης.

Hic Theog. versus spurius est<sup>3)</sup>, sed eadem formula εὐστέφανος Κυθ. in v. Th. 1008 exstat. In Od. praeterea legitur εὐστέφανος Κ. in v. σ 193 et similis est clausula v. θ 267 . . . εὐστεφάνου τ' Ἀφροδίτης. Adiectivum εὐστέφανος autem apud Homerum saepe feminis tribuitur et deabus (θ 267. 288. σ 193. φ 511) et mortali Mycenae (β 120). Κυθήρεια vocabulum solis his (θ 288. σ 193) Odys. locis minoris aetatis<sup>4)</sup> et in v. hymn. Ven. 6: εὐστεφάνου Κυθηρείης, in Theogonia autem in v. v. 196. 198. 934. 1008 invenitur, sed in uno versu Th. 1008 cum εὐστέφανος coniunctum est.

Ex locis allatis facile cognoscas ex Homero illud εὐστ. Κ. in v. Th. 1008 trductum esse.

Th. 199 πολυκλύστη ἐνὶ Κύπρῳ cf. ad v. Th. 189.

1) cf. Schoem. Hes. Theog. p. 121. — 2) cf. Faesi ad v. — 3) cf. Schoem. Hes. Theog. p. 121; Goettl.-Flach ad v. — 4) cf. Ameis ad v. θ 266 Anb.; Sittl, Wiederhol. ad v. v. θ 266—369 p. 127; ad v. v. σ 158—301 (303) cf. Sittl, p. 133.

Th. 203 . . . *τιμὴν ἔχει ἠδὲ λελόγηε.*

Od. λ 304 . . . *τιμὴν δὲ λελόγησιν ἴσα θεοῖσιν.*

Solo hoc Theogon. et Od. loco illa formula legitur. Neque quidquam inde effici potest.

Th. 212 . . . *τέκε δ' Ὑπνον, εἵκτε δὲ γῶλον Ὀνειρόν.*

Od. ω 12 . . . *παρ' ἡλίθια πύλας καὶ δῆμον ὄνειρόν.*

Suo iure Faesius ad v. ω 12: „Eine seltsame Fiktion, die sich an die Vorstellung τ 562 (*δοῖαὶ γὰρ τε πύλας ἐμμενιῶν εἶσιν ὄνειρόν*) schliesst: „At tota illa pars τ 559—80 suspecta videtur<sup>1)</sup> inprimis propter illud *ἐλέφαντες, ἐλέφαντες, ἐλεγαίρονται* et *κεράεσσι, ἀκροάντια, κέραϊα, κεραινοῦσι* et propter vocabulum *πιστός* ab imitatoribus pro *πρόπριος* (quod in v. ϑ 404) positum<sup>2)</sup>).

Ad versum ω 12 ipsum valet, quod Geppertus l. l. I. p. 375/6 animadvertit cum dicat extrema carmina Odysseae multa habere, quae ab solita mythologia abhorreant velut illud *δῆμος ὄνειρόν*, atque iudicat ille: „Es ist nicht zu leugnen, dass in dieser Vorstellung viel Sinnreiches ist, aber es weicht zu sehr von dem plastischen Charakter der homer. Sagen ab: Re vera Hesiodi est res abstractas ut personas inducere, velut *Νέμεσις* in v. Th. 223 et in v. Th. 228 *Ὑσμῖνα, Φόνοι, Μάχα, Ἀνδροκασίαι*.

Itaque Hesiodus cum *γῶλον Ὀνειρόν* dicit, legentium animos non offendit, cum autem quis apud Homerum somniis *δῆ-*

<sup>1)</sup> cf. Geppert, Ursprung I. p. 344. — <sup>2)</sup> cf. Gepp. l. l. II. p. 78. 128; bene de v. v. ω 12 et τ 562 Naegelsbach-Autenrieth Homer. Theol. 3. p. 175.

μῶν, quod quidem vocabulum solo hoc Od. loco per translationem adhibitum est, fines proprios tribuit, ea *imitatio illius Hesiodicae de somniis cogitationis videtur esse*. Neque obstat, quod in Theog. φῶλον, in Od. δῆμος exhibetur. Mature enim in civitate illud φῶλον evanuit <sup>1)</sup> eiusque locum δῆμος obtinuit, ut etiam hoc nomine recentior aetas indicetur.

Th. 219 . . . διδοῦσιν ἔχειν ἀγαθὸν τε κακὸν τε.

Od. ♪ 63 . . . δίδου δ' ἀγαθὸν τε κακὸν τε.

Versus Th. 219 quidem spurius est <sup>2)</sup>, sed praeterea idem finis versus exstat in v. Th. 900, qui et ipse suspectus est <sup>3)</sup>, 906, similis in v. Oper. 669 . . . ἀγαθῶν τε κακῶν τε. Haec autem formula sermonis epici est.

Th. 223 . . . πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσι.

Od. η 210 . . . ἀλλὰ θνητοῖσι βροτοῖσιν.

Similis clausula κακῶν, βροτ. in v. Th. 903 exstat, eadem saepissime apud Homerum. Hic non aliter atque in antecedente versu res se habet, formula epica est.

Th. 224 Νῦξ ὀλοή . . .

Od. λ 19 ἀλλ' ἐπὶ νύξ ὀλοή τέταται . . .

Idem initium in v. Th. 757 legitur, nullis aliis locis apud

<sup>1)</sup> cf. Busolt, Die griech. Staats-Alt. in Iwan Müllers Altertums-wissensch. 4, 1 p. 21, 23. — <sup>2)</sup> cf. Schoem, Hes. Theog. p. 132. —

<sup>3)</sup> cf. Goëttling-Flach, ad v.

Hesiodum *ὄλοός* euni nomine *νύξ* coniungitur atque uterque versus criticis suspectus videtur <sup>1)</sup>. Ceterum haec et ipsa formula epicorum poetarum communis est.

Th. 228 Ὑσμῖνας τε Φόνους τε, Μάχας ἵ' Ἀνδροκτασίας τε.  
Od. λ 612 ὕσμῖναι τε μάχαι τε φόνου ἵ' ἀνδροκτασίαι τε.

Schoemannus (Hes. Theog. p. 137) hunc Theog. versum ex Odyssea trductum esse censet. Congruunt quidem versus paene ad verbum, nisi quod *μάχαι* et *φόνου* vocabula non eandem sedem habent. Sed quod ille dicit versum Theog. ex Odyssea esse traiectum, nihil ad persuadendum momenti habet, neque enim quidquam argumenti affert. Ipse igitur hunc Th. versum damnat, etiam Koechlyus eum delet, at Hermannus et Gerhardus defendunt <sup>2)</sup>. Non vidit Schoem. totam illam Od. partem λ 565—627 <sup>3)</sup> ab Homeri ratione abhorreere, aetate minorem esse, propius ad Hesiodi morem accedere, qui abstractas res velut *μάχαι* etc. ut personas inducat. Non minus illius est illa enumerandi ratio, quam v. v. λ 565—627 exhibent

Mirum etiam, quot res in v. v. Od. λ 611. 612 per unum locum depingantur. In v. Il. A 38 commemoratur *τελαμών*, quo scutum tenetur, qui et ipse exornatus est, sed uno dracone tricipiti <sup>4)</sup>.

Quae res in illis versibus praeterea Hesiodae esse videantur, insequentibus <sup>5)</sup> locis tractabitur.

<sup>1)</sup> cf. Goettl.-Flach. ad v. v. 224, 755. at cf. Schoem. l. l. p. 138. — <sup>2)</sup> Schoem. Hes. Theog. p. 138 9. — <sup>3)</sup> De v. v. λ 566—631 cf. etiam Wilamowitz-Moellendorff, Homer. Untersuch. p. 199; Christ, Homer. Il. carm. prolegg. p. 22 ad v. λ 612. — <sup>4)</sup> Negat autem in v. terrimis aedificiis ursos fictos esse Helbig (Das Homer. Epos aus den Denkmälern erkl. Leipz. 1884 p. 285); a Corinthiis sexto saeculo a. Chr. n. id factum esse monet Wilam.-Moellend. H. U. p. 206. — <sup>5)</sup> λ 601—605 s. v. Th. 289 (950—56); λ 604 s. v. Th. 454; λ 611 s. v. Th. 321.



Th. 241 *πόντιφ ἐν ἀτρούγειφ* . . .

Od. β 370 *πόντιον ἐπ' ἀτρούγειον* . . .

Saeppissime vel haec eadem vel similis *formula* et in Theog. velut in v. v. 131. 413. 696. 728. 737. 808 et in Od. velut in v. v. ε 48. 140. 158; η 79; ν 419; ρ 289 exstat.

Th. 252 . . . *ἐν ἡεροιδεῖ πόντιφ*.

Od. γ 294 . . . *ἐν ἡεροιδεῖ πόντιω*.

*Pariter atque in v. Th. 241 in huius versus fine res se habet*: hanc formulam apparet esse communis epicorum sermonis atque saepissime legitur velut in v. v. Od. β 263. γ 105. δ 482. ε 164. 282. ϑ 568. μ 285; ν 150. 176. Η. Ψ 744, in Theogonia autem in v. 873 = v. Oper. 620.

Th. 277 . . . *αἱ δ' ἀθάνατοι καὶ ἀγήρω*.

Od. ε 218 . . . *σὸ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρωσ*.

Saepe *haec formula epica* et apud Hesiodum invenitur et apud Homerum, nonnunquam in incipiente vel medio versu, velut in v. v. Th. 305. 949, Odyss. ε 136. η 94. 257. ψ 336 multis aliis locis.

Th. 278 (. . . *παρῆλεξ. Κνανοχαίτης*) et 279 cf. ad v. Th 411.

Th. 280 . . . *μεγαλήν ἀπεδειροτόμισεν.*

Od. λ 35 . . . *μηλα λαβὼν ἀπεδειροτόμισα.*

Idem fere versus finis in v. Π. Σ 336 *δώδεκα . . . ἀποδειροτομήσω* (= Φ 22). In Theog. id vocabulum solo hoc loco. Nihil amplius de hoc verbo, *epico sermoni proprio*, disserendum est.

Th. 285 . . . *Ζηγὸς δ' ἐν δόμασι ναίει.*

Od. α 51 . . . *θεὰ δ' ἐν δόματα ναίει.*

Haec formula epica est, quae saepe in utroque carmine invenitur velut in v. v. Od. δ 811. ε 80. ω 304. Π. Β 854. In Theog. exstat in spurio v. 303<sup>1)</sup>. 455. 777. Ad v. Od. α 51 autem notandum est, quod ibi *ἐν* adverbii loco exhibetur, *δόματα ναίει* simpliciter significat *ναίει*. Sed *ex similitudine* v. v. Th. 285 et α 51 nil concludi potest.

Th. 289 . . . *ἔξενόριξε βίη Ἡρακλείη.*

Od. λ 601 . . . *εἰσενόρισα βίην Ἡρακλείην.*

Saepenumero praeterea haec formula in Theogonia legitur velut in v. v. 315. 332. 943. 982, qui quidem versus in spuris habetur<sup>2)</sup>. Non minus saepe apud Homerum exstat atque in Iliade his locis: Β 658. 666. Ε 638. Α 690. Ο 640. Σ 117. Τ 98, nisi quod in medio v. Σ 117 exhibetur *βίη Ἡρακλῆος*, in Odyssea autem in solo v. λ 601.

<sup>1)</sup> cf. Goettl.-Flach, l. l. ad v. v. 300—305. — <sup>2)</sup> cf. Goettl.-Flach, ad v. v. 979 sqq.

Sed contemlemur, quomodo cum ceteris carminibus illi loci cohaereant. Versus quidem *B* 658. 666 in recentissimorum numero habendi sunt, cum v. v. 658—670<sup>1)</sup> veteri catalogo, qui Hesiodi vel potius Hesiodi cuiusdam poetae est<sup>2)</sup>, ab interpolatore additi sint. Totam autem certaminis Sarpedonis et Tlepolemi narrationem *E* 627—698<sup>3)</sup> veteris Iliadis non esse inter omnes fere iudices doctos constat. Neque enim in vetustioribus carminibus quidquam de Lyciis neque de Tlepolemo, qui nisi in v. v. *B* 653. *E* 659 non commemoratur, aut Rhodiis tractabatur<sup>4)</sup>. Etiam minoris aetatis pars *A* 668—763 est<sup>5)</sup>, ubi cum alia tum (*A* 699. 700) quadrigarum commemoratio multum offensionis habent<sup>6)</sup>. Parvi autem momenti nobis est v.  $\Sigma$  117, qui et ipse recentiorum *Il.* partium est<sup>7)</sup>. Perpauci ibi de Hercule dicta sunt neque ab aliis rebus abhorrentia. Non minus certe in v. v. *T* 90 sqq.<sup>8)</sup> interpolatio probatur. Nam illa de Hercule pars *T* 95—136 interposita et fere totum carmen *T* poetae est Homerum prave imitantis<sup>9)</sup>. Versus autem *Od.*  $\lambda$  601 in interposita illa parte  $\lambda$  565—627 legitur (cf. ad v. *Th.* 228). Restat igitur v. *O* 640. Quod attinet ad illud carmen, suo iure Bergk<sup>10)</sup> monet in ea parte rhapsodos res amplificasse videri et, quamquam Periphētis et Copei nomina in antiquissima<sup>11)</sup> illa Patrocli rerum gestarum narratione exstant, non sola illa clausula βίη *Ἡρακλ.* motus crediderim a rhapsodo ea commemorata esse, quo Mycenarum gloria augetur. Mirum enim, cur Periphētes hic neque ullo alio loco in

1) Christ, *Hom. Il.* ad v. *B* 658 et prolegg. p. 21. — 2) Christ, *Chronol.* p. 10. 18 sqq. — 3) Christ, *Hom. Il.* ad v. *E* 608. — 4) Christ, *Homer u. Hom.* p. 69 (189), 42 (162). — 5) Christ, *Hom. Il.* ad v. *A* 664 sqq. — 6) Christ, *Chronol.* p. 10 sqq. — 7) Christ, *Hom. Il.* ad v.  $\Sigma$  35 sqq. — 8) Christ, *H. Il.* ad v. *T* 94 sqq. — 9) Christ, *Homer u. Hom.* p. 51 (171), 82 (202). — 10) *Gr. Lit.* I. p. 613 sqq. — 11) Christ, *H. Il.* prolegg. p. 10. 58. 59. cf. ad v. *O* 592.

Mycenaeorum principum numero virtute floruisse dicatur, atque aptior est illa nuntii ad Herculem missi commemoratio in magno de illo heroe carmine, non item hic.

*Omnes igitur de Hercule, ubi illa formula βῆρ Ἡρακλ. legitur, loci interpositi sunt, v. O 640 suspectus videtur.*

Sed omnino in antiquis Homeri carminibus raro Herculis facta celebrantur. Qui versus praeter locos supra allatos illius res tractent, quales iudicentur, breviter disseram. Sunt autem in Il. *B* 679. *E* 392. 403. 404. *Θ* 362. *Ξ* 250. 325. *O* 25 sqq. *Υ* 145; in Od. *ϝ* 224. *λ* 269. 623. *φ* 15—41. Atque v. *B* 679 quidem catalogi navium illius Hesiodaei<sup>1)</sup> est. V. *E* 392 sqq. in carmine leguntur, quo Diomedis virtus monstratur et illustratur. Illa quidem pars in antiquissimis habenda est<sup>2)</sup>. Eiusdem autem carminis v. v. 403. 404 spurii sunt<sup>3)</sup>. Quod attinet ad v. *Θ* 362, totum illud carmen sero veteri Iliadi adiectum est<sup>4)</sup>. Neque v. *Ξ* 250 veteris Iliadis est<sup>5)</sup>, v. 325 vero interpositae est partis, quae Hesiodaeam illam enumerationem exhibet. Eadem, qua v. *Ξ* 250, aetate sunt v. v. *O* 25 sqq.<sup>6)</sup>. Versus denique *Υ* 145 in recentissima illa de Aeneae et Achillis pugna narratione legitur<sup>7)</sup>. Recentissimi etiam cuncti illi Od. loci sunt, et v. *ϝ* 224, qui in versibus (219—228) ad parvam quae dicitur Iliadem referendis<sup>8)</sup> exstat, et v. *λ* 269, qui cum tota parte *λ* 225—330 Hesiodaeae scholae tribuitur<sup>9)</sup>, et v. *λ* 623, de quo supra actum est, et v. v. *φ* 15—41, ubi Messenae condicio magnae offensionis est<sup>10)</sup>.

<sup>1)</sup> cf. Christ, Chronol. p. 19 sqq. — <sup>2)</sup> cf. Christ, Hom. Il. in initio carm. *E*; non ita Bergk l. l. I. p. 577 sqq. — <sup>3)</sup> cf. Christ, H. Il. ad v. v. — <sup>4)</sup> Christ, H. Il. ad initium carm. *Θ*. — <sup>5)</sup> cf. Christ, H. Il. prolegg. p. 65. 95 sqq. — <sup>6)</sup> Christ, Hom. Il. prolegg. p. 66. 95. cf. etiam quae dicta sunt ad v. Th. 110. — <sup>7)</sup> Christ, H. Il. prolegg. p. 76 et ad v. *Υ* 75. — <sup>8)</sup> Christ, Chronol. p. 8. — <sup>9)</sup> Christ, Chronol. p. 39. — <sup>10)</sup> Christ, Chronol. p. 10.



Summum igitur unus de his locis Herculis res tractantibus veteri Iliadi tribuendus, multo maior pars poetarum interpolantium est. Qui illi fuerint, certe dici non potest, sed fortasse quanto Hesiodus Herculis rerum gestarum studio fuerit, illa formula βίη Ἡρακλ. indicio est, quae in Theogonia quinquies, in Iliade multo illo carmine maiore sexies legitur, atque his quidem in *B* (v. 658. 666), Hesioidea illa parte, ita ut dicam *quicumque versus illam formulam exhibeant, eos omnes ad Hesiodum spectare videri.*

Sed ad v. Od. λ 601 regrediamur. Ut supra ad v. Th. 228 diximus, in parte λ 565—627 multa exstant, quae Homero aliena sunt. Etiam illi de Hercule versus tam discrepantia a solitis exhibent, ut tota pars, quae ad hanc causam quid valeat, v. v. λ 601—605 contemplanda et cum similibus v. v. Th. 950—956 conferenda sit. Evolve quaeso

v. v. λ 601—605 et Theog. 950—956.

Atque primum quidem notandum in v. v. Od λ 601 sqq. Inventati partes esse tributas, quas nusquam in alijs carminibus habet. Apud Homerum est virgo, quae vario officio fungitur velut in v. v. Il. *A* 2. *E* 722. 905, quae munera etiam apud mortales per caelibe8 fiunt. Neque Hercules hic, ut apud Homerum solet, fingitur. Nullo ille loco immortalis dicitur, immo vero vir fortis est, qui quamquam Iove natus mortem effugere non potest (cf. ipsum recentiorem illum v. Σ 117). Ceterum ab Homeri ratione abhorret inter ψυχί et εἶδωλον, quorum alterum alibi habitet, distinguere <sup>1)</sup>).

<sup>1)</sup> cf. Faesi, Hom. Od. ad v. λ 601; Nägelsbach-Autenr. Hom. Theol. 3. § 270 p. 378 et § 252 p. 352.

Sed conferamus singula verba: in Theog. 950. 53 dicitur  
 Ἡβηρ δ' Ἀλκμήνης καλλισφύρου ἄλκιμος υἱὸς αἰδοῖρ θεῖ' ἄκοιτιν,  
 in λ 603

ἔχει καλλισφύρον Ἡβηρ,  
 deinde in v. v. Theog. 954. 55

ἐν ἀθανάτοισιν . . . γαίει ἀπήμαντος καὶ ἀγήραος  
 ἦματα πάντα,  
 in λ 602. 603

. . . μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι τέθνηται ἐν θαλίῃς.

Quae cum ita sint, *Odysseae in λ de Hercule narratio ex  
 v. v. Theog. 950 sqq. contractior traducta videtur*, id quod bene  
 sensit ille, qui rei et narrationis similitudine motus versum  
 λ 604 ex Th. 952 transposuit<sup>1)</sup>.

Th. 297 σπῆϊ ἐν γλαφυρῶ . . .

Od. β 20 ἐν σπῆϊ γλαφυρῶ . . .

Saepevisse, quamvis verbis non ita ut in v. Th. 297  
 inter se sequentibus, haec formula apud Homerum reperitur velut  
 in v. v. Od. α 14. 73, δ 403. ε 155. ι 29. 114. 476. μ 210.  
 ψ 335. Π. Σ 402. Ω 83, in Theog. vero solo hoc loco, ita  
 ut hanc esse *Homerici sermonis formulam appareat*.

Th. 303 (. . . κλυτὰ δώματα γαίειν) cf. ad Th. 285.

<sup>1)</sup> cf. Wilamow.; Homer. Unters. p. 199.

Th. 306 . . . *μυγήμεναι ἐν φιλότῳ*.

Od. *θ* 313 . . . *καθεύδειτον ἐν φιλότῳ*.

In Theogonia praeterea in v. v. 374. 405. 625. 961. 1012, saepissime apud Homerum haec *formula ἐν φιλ.* exstat.

Th. 308 (*ἧ δ' ὑποκυσσάμενη . . .*) cf. ad v. Th. 411.

Th. 310 *δεύτερον αὐτίς ἔειπεν . . .*

Od. *γ* 161 . . . *ἔριν ὄρσε κακὴν ἐπι δεύτερον αὐτίς*.

Neque de hac *formula* quidquam aliud dicendum est nisi in clausulis versuum Odysseae saepenumero eam inveniri velut in v. v. *ι* 354. *τ* 65. *χ* 69.

Th. 313 . . . *Ἵδρην αὐτίς ἐγένετο λυγρὰ ἰδυῖαν*.

Od. *λ* 432 . . . *ἧ δ' ἔξοχα λυγρὰ ἰδυῖα*.

Similes formulae saepe exhibentur velut in v. v. Theog. 887 *πλεῖστα θεῶν τε ἰδυῖαν . . .* Oper. 521 *οὐπω ἔργα ἰδυῖα . . .* hymn. Ven. 44 . . . *κεδνὰ ἰδυῖαν*, ubi eadem clausula est quae in v. v. Od. *α* 448. *τ* 346. *υ* 57. *ψ* 182. hymn. Ap. Pyth. 135. hymn. Cer. 195. 202 (*κέδν' εἰδυῖα*), sed pares fines modo in versibus Th. 313 et *λ* 432.

Sane nihil id valeat, at v. v. *λ* 427—443 odium quoddam feminarum ab Homero alienum resonant. Ad v. *λ* 427 Faesius Orph. fr. XVIII *ὡς οὐ κύντερον ἦν καὶ ῥέγιον ἄλλο γυναικός* affert. Cui, hos versus Homericos de feminis cum legerit, non in mentem veniat illarum in v. v. Oper. 373—375 admonitionum:

Μηδὲ γυνή σε νόον πυγοστόλος ἐξαπατάτω  
 αἰμύλα κοτίλλουσα, τειήν διφῶσα καλίην.  
 ὃς δὲ γυναιξὶ πέποιθε, πέποιθ' ὄγε φηλίγισι

et Oper. v. v. 703—705

. . . τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο,  
 δεπιπλόχης· ἦτ' ἄνδρα καὶ ἴφθιμόν περ εἶοντα  
 εὔει ἄτερο δαλοῦ καὶ ὠμῶ γήραϊ δῶκεν.

Hesiodi quidem est haud clementer in feminas inveli<sup>1)</sup> et Hesiodeorum poetarum magis quam Homeri communibus eiusmodi locis uti. Unde fit, ut illos v. v. λ 427—443 propius ad Hesiodi quam ad Homeri rationem accedere dicas.

Th. 315 (. . . βίη Ἡρακλειείη) cf. ad v. Th. 289.

Th. 321 . . . μία μὲν χαροπιῶ ἰόντος.

Od. λ 611 ἄρχοι τ' ἀγρότεροί τε σύες χαροπιῶί τε ἰόντες.

Utrum totus Theogoniae de Chimaera locus retinendus an delendus sit, iudices inter se discrepant, cf. Schoem. l. l. p. 167 sqq., qui Gerhardum totam de Chimaera narrationem delentem inducit, cum ipse iure defendat atque Kochlyus v. v. Th. 287—336 antiquae Theogoniae tribuat.

Quod attinet ad hunc Odysseae versum, iam supra, cum v. v. Th. 228 et 289 tractabantur, de ratione atque oratione v. v. λ 565—627 diximus. Geppertus<sup>2)</sup> autem vocabulum χαροπιός tractat et solita Homeri verborum de primitivo vocabulo

<sup>1)</sup> cf. Bergk, Gr. Lit. I. p. 926 sq. — <sup>2)</sup> Ursprung, II. p. 77,



ὄψ̄ derivatorum ratione perlustrata, huius vocabuli derivationem serius esse factam ait; dicere potuit a poëta Homeri sermonis usus ignaro. Ceterum illud *χαροπός* in his solis Theog. et Odys. versibus exstat. In Scuto reperitur in v. 177, qui ex λ traductus videtur: *ἀμφοτέρω, χλοῦναί τε σύες χαροποί τε λέοντες*, neque, cum sit poëmatis undique collati, quem spectemus dignus est. Iam legitur in v. hymn. Ven. 70 . . *λύκοι χαροποί τε λέοντες*; praeterea in v. hymn. Merc. 194 . . *χαροποί δὲ κύνες* . . . et in initio suspecti v. hymn. Merc. 569 *καὶ χαροποῖσι λέονσι* . . ., quem hymnum propius ad Hesiodum accedere constat <sup>1)</sup>.

Quod cum illa carminis λ (v. 601 sqq.) pars, ut supra ad v. v. Th. 228 et 289 demonstratum est, quibus nos ad Hesioidea carmina revocecur, multa habeat, singulis rebus fretus *etiam hanc formulam Hesiodo vindicem.*

Th. 330 . . . *ἐλεγαίρετο φῦλ' ἀνθρώπων.*

Od. γ 282 . . . *ἐκαίνυτο φῦλ' ἀνθρώπων.*

Et in Theog. et in Oper. et apud Homerum saepe *haec formula epica* nobis occurrit, velut in v. v. Th. 556. Oper. 91. Od. η 307. ο 409. II. Ξ 361. hymn. Ap. Pyth. 359.

Th. 332 (. . . *βίης Ἡρακλειείης*) cf. ad v. Th. 289.

Th. 333 (. . . *φιλόνητι μιγείσασα*) cf. ad v. Th. 125.

<sup>1)</sup> cf. Sterrett, l. l. p. XLV.

Th. 335 (334 γαίης) *πείρασιν ἐν μεγάλῃς* . .  
 Od. ι 284 . . . *ὑμῖς ἐπὶ πείρασι γαίης.*

Crebro *haec formula* et in initio et in fine versuum legitur, apud Hesiodum in v. v. Th. 518. 622. Oper. 168., apud Homerum in v. v. Π. E 200. Θ 478. et in hymn. Ven. 227.

Th. 363 . . . *πολλάι γε μὲν εἶσι καὶ ἄλλαι.*  
 Od. φ 251 *εἰσὶ καὶ ἄλλαι πολλάι Ἀχαιίδες* . . .

Nihil amplius de *haec formula* agendum est.

Th. 370 . . . *ὅσοι περιναιετάουσι.*  
 Od. θ 551 . . . *καὶ οἱ περιναιετάουσιν.*

In fine versus *haec formula* in Od. v. ψ 136 legitur, in initio β 66 *οἱ περὶν.* et δ 177 *αἱ περὶν.*, atque hoc quidem loco vocabulum *περὶν.* quae sitae sunt urbes vel habitantur, significare vulgo putatur<sup>1)</sup>, id quod recentioris aetatis videtur esse. In Theog. solo hoc loco illud verbum exstat.

Th. 373 *ἀθανάτοις τε θεοῖσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὸν ἔχουσι.*  
 Od. δ 479 *ἀθανάτοισι θεοῖσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὸν ἔχουσι.*

Cum in Odyssea (v. δ 479 = λ 133 = ψ 280) hic versus epicae formulae vim habeat et etiam in recentissimis<sup>2)</sup> partibus

<sup>1)</sup> at cf. Ameis. ad v. δ 177 et α 404. — <sup>2)</sup> cf. Christ, Hom. II. ad v. v. Y 75 sqq. et Φ 228 sqq.

Iliadis, in v. v. *Y* 299 et *Φ* 267, inveniatur, in Theog. nusquam alibi nisi hic legitur, sed *οὐραν. εὐρ.* quidem saepenumero velut in v. v. Th. 110. 517. 679. 746. 840 (=110), in Oper. vero non exstat. Sine dubio autem *v. Th. 373 Homeri est*, ex uno de illis locis *translatus*. Hermannus quidem pentadum causa quas assequitur eum damnat<sup>1)</sup>.

Theog. 374 (. . . *ἐν φιλότιμι*) cf. ad v. Th. 306.

Th. 375 (. . . *ἐν φιλότιμι μεγεῖσα*) cf. ad Th. 125.

Th. 404 . . . *πολνῆρατον ἦλθεν εἰς εὐνήν.*

Od. *ψ* 354 . . . *πολνῆρατον ἰκόμεθ' εὐνήν.*

Solis his locis haec clausula exstat. Notandum autem quod adiectivum *πολνῆρατος* in una Odyssea invenitur, in versibus qui minoris aetatis sunt, velut in v. *λ* 275, qui versus omnino propter illud vocabulum suspectus est<sup>2)</sup>, *ο* 126<sup>3)</sup>. 366<sup>4)</sup>. hymn. Ven. 225. Apud Hesiodum autem legitur in v. Th. 908, qui versus spurius est<sup>5)</sup>, Oper. 739. fr. 93. 2. fr. 132. *Ceterum haec recentior formula epica est.*

Th. 405 (. . . *ἐν φιλότιμι*) cf. ad v. Th. 306.

<sup>1)</sup> Schoem. Hes. Theog. p. 180. — <sup>2)</sup> cf. etiam Christ, Chronol. p. 38 ad v. v. *λ* 271—80. — <sup>3)</sup> cf. Bergk, Gr. L. I. p. 702 sqq. — <sup>4)</sup> cf. Sittl. Wiederhol. p. 131 ad v. v. *ο* 301—492. — <sup>5)</sup> cf. Göttl.-Flach ad v. und Flach, das dialekt. Digamma des Hesiodos, p. 34.

Th. 411 ἦ δ' ὑποκυσσάμενη Ἐκάτην τέκε . .

Od. λ 254 ἦ δ' ὑποκυσσάμενη Πελοίην τέκε . . .

Hic Theogoniae versus illius hymni in Hecaten (411—452) a poëta quodam recentiore huic carmini adiecti est. Sed saepe haec formula ἦ δ' ὑποκυσσ. apud Hesiodum legitur velut in v. v. Theog. 308 ἦ δ' ὑποκυσσάμενη τέκετο . . fr. 36. 1; 70. 1; 93. 1.

Apud Homerum praeter v. λ 254 in Iiade in v. Z 26 et, in recenti <sup>1)</sup> illa parte, Y 224 exhibetur. Quamquam autem Iiadis tractatio huius libelli non est, quin Il. v. v. 224. 225 notem, facere non possum. His omnibus enim locis ὑποκ. de feminis et immortalibus et mortalibus dicitur, illic autem de equis. Deinde adiectivum κvanoχαίτης Neptuno tribui solet, cf. in Od. v. v. ι 528. γ 6; in Il. N 563. Ξ 390. O 174. 201, nisi quod in recentibus illis carminibus in Scut. 120 Arion equus et in hymn. Cer. 347. Orcus κvanoχαίτης dicitur.

Versus Y 213—241 ipsi languidam quandam enumerationem habent, qua Hesiodus uti solet. Neque recens aetas verbis v. Y 235 κάλλεος εἵνεκα οἶο puerorum amorem monstrantibus non indicatur <sup>2)</sup>. Versus Y 227 idem fere est, qui in Hesiod. fragm. CCXXI., nisi quod hic θεέν et κατέκλα, ibi θεόν et κατέκλων legitur <sup>3)</sup>. Similiter in illam Il. partem traducta est clausula in Y 224 . . . παρελέξατο κvanoχαίτη ex Theog. 278 . . . παρελέξατο Κvanoχαίτης, neque miraberis, cur in cod. Laurent. XXXII. 3 secunda manus ad v. Y 224 ascribat ἐν μαλακῷ λειμῶνι καὶ ἀνθεσὶν εἰαρινοῖσιν, qui versus ex Theog. 279 integer transpositus est.

<sup>1)</sup> cf. Christ, Hom. Il. ad init. carm. Y et Chronol. p. 25. Bergk l. l. I. p. 633. — <sup>2)</sup> cf. Baumeister, Denkm. d. kl. Altert. I. s. Ganymedes. — <sup>3)</sup> cf. etiam Christ, Hom. Il. ad v. Y 249 et 250, qui affert v. v. Hes. Oper. 403 et 721.



Th. 430 . . . ὄν κ' ἐθέλῃσιν.

Od. ρ 559 . . . ὄς κ' ἐθέλῃσιν.

Similis formula in v. v. Th. 164. 432. 439. Od. γ 92 =  
δ 322 = Il. Σ 457 reperitur, neque quidquam novi habet.

Th. 446 ποιμένας τ' εἰροπόκων ὄϊων . .

Od. ι 443 ὡς οἱ ὑπ' εἰροπόκων ὄϊων (στέρνοισι).

Similiter coniuncta haec verba exstant in v. v. Oper. 234  
et Il. E 137, quae ad sermonem epicum referenda sunt.

Th. 454 . . . καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον.

Od. λ 604 . . . καὶ Ἥρης χρυσοπέδιλον.

v. Od. λ 604 par est v. Theog. 952. Totus autem Od.  
locus λ 565—627 iam supra sub v. v. Th. 228. 289 tractatus est.  
Neque facio cum iis, qui unum versum λ 604 delent<sup>1)</sup>, nam  
tota illa pars sine ulla dubitatione multa Hesiodi vestigia ex-  
hibet. *Atque illud Ἥρ. χρυσοπ. Hesiodica formula est.*

Theog. 457 (. . θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν) cf. ad. v. Th. 47.

<sup>1)</sup> cf. etiam Wilamowitz, Homer. Unters. p. 199.

Th. 465 . . . *Αὐὸς μεγάλου διὰ βουλᾶς.*  
 Od.  $\vartheta$  82 . . . *Αὐὸς μεγάλου διὰ βουλᾶς.*

Hunc Theogoniae versum plurimi iudices delent<sup>1)</sup>, alii tumentur<sup>2)</sup>. Idem versus finis in v. Oper. 122, similis in v. v. Th. 572. Oper. 71; in Il.  $\Theta$  71. Od.  $\lambda$  276. 437. Illa autem verba *formulis tribuenda sunt.*

Th. 467 . . . *Ῥέγν δ' ἔχε πένθος ἄλαστον.*  
 Od.  $\alpha$  342 . . . *καθήκετο πένθος ἄλαστον.*

Similiter dictum est in v. Od.  $\omega$  423 . . . *ἄλαστον ἐνὶ φρεσὶ πένθος ἔκειτο; δ* 108 . . . *ἐμοὶ δ' ἄχος αἰὲν ἄλαστον.* Praeterea in v. Il.  $\Omega$  105 *πένθος ἄλαστον ἔχουσα . . . Sine dubio haec formulā epica est, sed nisi in recentioribus carminum Homericorum partibus non inveni, atque in Theog. in solo v. 467.*

Th. 468 (. . . *θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν*) cf. ad v. Th. 47.

Th. 477 . . . *Κρήτης ἐς πίονα δῆμον.*  
 Od.  $\xi$  329 . . . *Ἰθάκης ἐς πίονα δῆμον.*

In v. Th. 971 . . . *Κρήτης ἐν πίοιυ δῆμω* exstat et finis v.  $\xi$  329 par est v.  $\tau$  399. *Sermonis epici haec coniunctio est, sed in v. v. Od.  $\xi$  329 et  $\tau$  399 perverse fortasse ex Il.  $E$  710 traducta<sup>3)</sup>, cum illa laus πίοιυ. δῆμυ. falso in Ithacam insulam*

1) cf. Goettl.-Flach, ad v. -- 2) cf. Schoem, Hes. Theog. p. 202.  
 -- 3) cf. Sittl, Wiederh. p. 65.

conferatur. Saepe similes formulae in Homericis carminibus leguntur, velut in v. v. II. II 437. 514. 673. 683. Y 385. in Od. ρ 526. τ 271.

Th. 490 . . . βίη καὶ χερσὶ δαμάσσας.

Od. λ 244 . . . πλῆγῃσιν ἀεικέλιῃσι δαμάσσας.

Similis formula in v. Th. 857 . . δάμασε πλῆγῃσιν ἰμάσ-  
σας, et in v. Od. σ 57 . . . τούτω δέ με ἴφι δαμάσση. Sed  
nihil amplius hic notandum est.

Th. 493 (. . . ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν) cf. ad v. Th. 184.

Th. 499 Πυθοῖ ἐν ἡγαθέῃ . . .

Od. ϑ 80 Πυθοῖ ἐν ἡγαθέῃ . . .

Praeterea exstat in Hesiod. frag. CXXV. 5 Πυθῶ ἐς ἡγαθέην.  
Similiter Pylus ἡγαθέῃ dicitur in v. v. II. A 252. Od. β 208.  
δ 599. 702. ε 19. ξ 179. hymn. Merc. 216. In epicarum  
formularum numerum haec et ipsa referenda est.

Th. 501 Αὔσε δὲ . . . ὀλοῶν ἀπὸ δεσμῶν.

Od. χ 200 . . . ταθείς ὀλοῶν ἐνὶ δεσμῶν.

Nulla alio loco Theog. adiectivum ὀλόος cum δεσμός con-  
iunctum est, neque vero in Od. praeter v. χ 200, sed legitur  
in v. v. Th. 522 δεσμοῖς ἀργαλείοισι, Th. 616 μέγας κατὰ δεσμός  
ἔρκεν, Th. 618 κρατεροῦ ἐνὶ δεσμῶν ut in v. II. E 386; Th. 652

*δυσήλεγος ἀπὸ δεσμοῦ*, Th. 658 *ἀμελίλιτων ἀπὸ δεσμοῶν*, Th. 718 *δεσμοῖσιν ἐν ἀργαλέοισιν*. Ceterum versus Th. 501—506 Goettl. Pal. Flach. suo iure damnant, cum ad Hesiodum non pertineant, id quod patet ex vocabulo *Οὐρανίδας* in v. Th. 502, quod nomen nisi hic Cyclopibus non inditur<sup>1)</sup>. Schoemannus quidem<sup>2)</sup> non bene eos defendit.

Iam in insequente versu res amplius tractabitur.

Th. 502 . . *δῆσε παυῆρ ἀσειφροσύνησιν*.

Od. ο 470 . . *ἐγὼν ἐπόμην ἀσειφροσύνησιν*

Vocabulum in fine versuum et in Theog. et in Od. *ἄπαξ λεγόμενον* est. Ceterum illa Od. pars ο 301—492 recentiorum est<sup>3)</sup> et compositio *ἀσειφροσύνη* posterior velut *δαιτροσύνη* in v. Od. π 253; *ἀφροσ.* in v. v. π 278. ω 457 et cum singulari numero in v. Il. Η 110; *χαλιφρ.* in v. Od. π 310; *ἐπιφρ.* τ 22. ε 437, *όμοφρ.* ο 198; cf. etiam *παλαιμοσ.* in v. Il. Ψ 701; *ἀγανοφρ.* Ω 772<sup>4)</sup>. Praeterquam in his Theog. versibus legitur vocabulum *ἀπεμνήσαντο*, in v. 503: *οἱ οἱ ἀπεμνήσαντο χάριν ἐνεργεσιάων*, quod reperitur etiam in uno versu Il. Ω 428: *τῷ οἱ ἀπεμνήσαντο*, atque in eadem quidem versus sede. Illud Il. carmen autem et ipsum posteriorum est et multis rebus et formulis propius ad Hesiodum accedit<sup>5)</sup>.

Quamquam certe dici non potest, uter ab utro quid traxerit, cum illae recentioris aetatis compositiones, in utroque carmine semel adhibitae, hic et illic exstant, id patere videtur,

1) cf. Goettl.-Flach. ad v. Th. 501 sqq. — 2) Hes. Theog. p. 198. 204 — 3) Sittl, Wiederh. p. 131. 173. — 4) Geppert, Urspr. d. Hom. Ges. II. p. 86. — 5) cf. Peppmüller, Comment. zum 24. B. d. Il. p. 23. 59 sqq.



quo tempore illud *Odysseae additamentum* o 301—492 et *Iliadis* Ω *vetus pars facta sint*, eodem versus *Th.* 501—506 *adiectos esse*.

*Th.* 509 . . . κρατερόφρονα γείνατο παῖδα.

*Od.* λ 299 . . . κρατερόφρονα γείνατο παῖδε.

Similis locus in v. *Th.* 308 . . τέκετο κρατερόφρονα τέχνα.  
Ceterum huc afferendus est v. *Il.* Ξ 324 . . . . κρατερόφρονα  
γείνατο παῖδα. Hic autem versus legitur in eo numero  
(Ξ 317—327), qui ab Alexandrinis iure damnabatur, „ὅτι  
ἢ ἀναρίθμησις τῶν ὀνομάτων μᾶλλον ἀλλοτριῶι τὴν Ἥραν ἢ  
προσάγεται, quae enumeratio esse Hesiodi putatur. Etiam  
v. v. *Od.* λ 298—304 admodum suspecti sunt<sup>1)</sup>. Christ  
quidem putat<sup>2)</sup> v. v. λ 298—304 aut 301—304 eiciendos esse  
(ut fecit Fick., *Hom. Od.* p. 309). Cum autem ille *Theog.* locus  
ipsius compositoris *Theogoniae* esse videatur, *Theog. versum*  
*exemplo fuisse poetis v. v. Il. Ξ 324 et Od. λ 299 dicere non ve-*  
*reor, quippe quae partes illam ἀναρίθμησιν Hesiodeam habeant.*

*Th.* 512 . . γένει ἀνδράσιν ἀλφισιῆσι.

*Od.* α 349 ἀνδράσιν ἀλφισιῆσιν . . (sc. δίδωσιν).

*Haec est formula epica*, quae praeterea apud Hesiodum in  
v. *Oper.* 82, in *Od.* ν 261, in hymn. *Apoll. Pyth.* 280 legitur.

1) cf. etiam Faesi ad v, λ 298. — 2) *Chronol.* p. 39.

Th. 515 . . . κατέπεμψε βαλὼν ψολόεντι κεραυνῷ.  
 Od. ψ 330 . . . νῆα θεῶν ἔβαλε ψολόεντι κεραυνῷ.

Idem vel similis versus finis nobis his locis occurrit: in fragm. Hesiod. XLIX, 2 (quod Catalogi est, cf. Kinkel, Epic. Graec. fragm. p. 105) . . . ἀπ' Οὐλύμπτον δὲ βαλὼν ψολόεντι κεραυνῷ, Scut. 422 . . . πληγεῖσα Διὸς ψολόεντι κεραυνῷ. Apud Homerum praeter v. ψ 330 in v. ω 539 . . . Κρονίδης ἀφίει ψολόεντα κεραυνόν; deinde in v. hymn. Ven. 288 . . . βαλέει ψολόεντι κεραυνῷ. Batrachom. 287 . . . ἔβαλε ψολόεντα κεραυνόν.

Ille Theog. versus veteris carminis videtur esse neque minus Catalogus Hesiodi ipsius<sup>1)</sup>. Nihil autem momenti habet, quod in Scut. v. 422 ille versus finis reperitur, nam Scutum aetate minus est<sup>2)</sup>. Nusquam vero Homeri librorum illa formula exhibetur nisi in his ultimis<sup>3)</sup>, ψ, ω, Odysseae partibus atque ita, ut eo loco, cui hic v. ψ 330, cum v. v. ψ 329—333 concisi repetantur ex μ 260—403, respondet, in versu μ 387 exstet ἀργῆτι κεραυνῷ et in v. μ 415 solum ἔμβαλε νῆι κεραυνόν et μ 416 πληγεῖσα κεραυνῷ. Deinde in loco v. ω 539 simili, ubi Diomedes Troianis acrius instans Iovis fulmine ab hostium insectatione prohibetur, in v. Il. Θ 133 legitur . . . δεινὸν ἀφῆκ' ἀργῆτα κεραυνόν. Neque praetereundum est, quod et in hymn. Ven. et in Batrach. multa recentiorum poetarum sunt formulaeque undique traductae. Iam addam epithetum ψολόεις imitatorum esse<sup>4)</sup>, cum voc. ψόλος apud Homerum non exstet neque usquam fulmen, quamquam saepenumero commemoratur, ψολόεις dicatur.

1) Bergk, Gr. Lit. I. p. 1004. — 2) ante Olymp. XXXIII. illud ortum esse ait Bergk. l. l. I. p. 996. — 3) cf. Sittl, Wiederh. p. 119. — 4) cf. Geppert, Ursprung II. p. 111.

Quae cum ita sint, etiam *hanc formulam Hesiodo, in cuius carminibus prior exhibeatur, tribuere non dubito*<sup>1)</sup>.

Th. 517 . . . κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης.

Od β 110 . . . ὑπ' ἀνάγκης.

Eadem clausula est in v. Theog. 615. Oper. 15. Od. τ 156. ω 146. *Hanc esse formulam usitatam apparet.*

Th. 518 (πείρασιν ἐν γαίης . . .) cf. ad v. Th. 335.

Th. 525 . . . ἔδοι ταυσιπτερος ὄρνις.

Od. ε 65 . . . ὄρνιθες ταυσιπτεροι εὐνάζοντο.

In Iliade *haec formula epica non exstat*, apud Hes. praeter v. Th. 525 in v. Oper. 212 . . ἔρηξ, ταυσιπτερος ὄρνις. Similiter dictum in v. Od. χ 468 . . κίχλαι ταυσιπτεροι . . .

Th. 530 . . Ἡρακλῆος . . κλέος εἶη.

Od. η 333 ἄβηστον κλέος εἶη . . .

In hoc solo Theog. versu *haec formula legitur*, in Odys. praeterea in v. σ 255 neque amplius de ea agi opus est.

<sup>1)</sup> ψολόζεις fulmen dictum esse putes a poeta quodam, qui in montuosa et silvestri regione versabatur, ubi diutius et gravius magno cum vapore tempestates saevire solent.

Th. 538 . . . ἔγκατα πίονα δημῶ.

Od. ι 464 . . . μῆλα ταναύποδα πίονα δημῶ.

Similis clausula praeter hos versus exstat in v. v. Th. 541. Π. Α 818. Od. ξ 428, *quae cunctae sine dubio formulae epicorum communes.*

Th. 540 (. . . δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ) cf. ad v. Th. 160.

Th. 543 . . . πάντων ἀριδείκετ' ἀνάκτων.

Od. θ 382 . . . πάντων ἀριδείκετε λαῶν.

Etiam haec formula epica est. Eadem autem atque in v. Th. 543 apud Homerum non exstat similes hic et illic saepe numero velut in v. v. Th. 385. 532, Π. Α 248. Ξ 320. Od. θ 401. ι 2. λ 355. 378 v 38.

Th. 547 (. . . δολίης δ' οὐ λίθητο τέχνης) cf. ad v. Th. 160.

Th. 551 . . . κακὰ δ' ὄσσετο θυμῶ.

Od. κ 374 . . . κακὰ δ' ὄσσετο θυμός.

Idem qui in v. Th. 551 versus finis nobis in v. Od. σ 154 occurrit cum singulari numero vocabuli κακόν: . . . κακὸν ὄσσετο θυμῶ, similis formula in v. Π. Σ 224 . . . ὄσσαντο γὰρ ἄλγεα θυμῶ. Quae quamquam solo hoc Theog. loco exstat, *non est cur dicamus ab Homero eam esse traductam.* Nam illud γνῶ ῥ' οὐδ' ἠγνοίησε in v. Th. 551, quamquam hic dicendi modus saepissime



apud Homerum invenitur <sup>1)</sup>, Hesiodi videtur esse et inde in v. hymn. Merc. 243 translatum <sup>2)</sup>).

Th. 552 . . . τὰ καὶ τελέεσθαι ἔμελλε.

Od. β 156 . . . ἄπερ τελέεσθαι ἔμελλον.

*Haec formula* utroque loco fere par est, nisi quod apud Homerum pluralis numerus illius vocabuli neutrius generis ἄπερ etiam pluralem verbi numerum trahit, ut item in v. Il. B 36 ἄ ρ' οὐ τελέεσθαι ἔμελλον, cuius usus exempla plurima affert Krueger. Gr. Spr. II. § 63. 2. A. 1.

Th. 553 χερσὶ δ' ὁ γ' ἀμφοτέρησιν (ἀνείλετο).

Od. ξ 351 . . . χερσὶ διήρεσα ἀμφοτέρησιν.

Apud Homerum praeterea haec compositio vocabulorum χερσ. et ἀμφοτ. in Od. ω 316 et Il. Σ 23 exstat. Sed ad hanc causam nihil valet.

Th. 555 (. . . δολίῃ ἐπὶ τέχνῃ) cf. ad v. Th. 160.

Th. 556 (. . . φῦλ' ἀνθρώπων) cf. ad v. Th. 330.

<sup>1)</sup> cf. La Roche, Hom II, ad v. B 807.

<sup>2)</sup> cf. Sterrett, l. l. p. XLV.

Th. 564 . . . οἱ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσιν.

Od. ζ 153 . . . τοὶ ἐπὶ χθονὶ ναιετάουσιν.

In v. Th. 621 legitur ὅπῳ χθονὶ ναιετάοντες, in v. hymn. Ap. Pyth. 101 ἐπὶ χθονὶ ναιετάσκον, hymn. Ap. Pyth. 157 . . . τοὶ ὅπῳ χθονὶ ναιετάοντες. Pervulgatae sunt apud Homerum formulae cum ναιετάω vocabulo compositae, quas permultas affert La Roche, Hom. II. ad v. v. Δ 45 et Z 370, sed nusquam nisi in hoc versu ζ 153 similem atque in v. v. Th. 564 et 621 inveni. Quod eadem fere reperitur in hymn. Ap. Pyth. 101 et 157, ex Hesiodo traducta est; ille hymnus enim Hesiodeus<sup>1)</sup>. Dicere autem hanc formulam esse Hesiodi vereor, cum *omnino epicorum poëtarum sit.*

Th. 571 . . . σύμπλασσε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις.

Od. θ 300 . . . ἦλθε περικλυτὸς ἀμφιγυήεις.

Eadem clausula exstat in v. v. Th. 579. 945, ubi pro περικλυτ. ἀγακλ., Oper. 70. fragm. Hes. CX. et in spurio<sup>2)</sup> v. Scut. 219.

Apud Homerum reperitur praeterea haec formula in v. v. Od. θ 349. 357. II. Σ 383. 393. 462. 587. 590. 614 atque his al-latis locis vocabulum Ἀμφιγυήεις non adiectivum nomini Ἥφαιστος attributum, sed substantivum nominis proprii loco est, uno versu Theog. 945 excepto, ubi Ἥφαιστος additur: . . . Ἥφαιστος, ἀγακλυτὸς ἀμφιγυήεις. In vetustioribus II. carminibus nisi adiectivi munere non fungitur: in v. II. A 607 . . . περικλυτὸς ἀμφιγυήεις (608) Ἥφαιστος . . . Ξ 239 . . . Ἥφαιστος δέ κ' ἐμὸς πάϊς ἀμφιγυήεις. Attributum igitur illud pro substantivo positum

<sup>1)</sup> cf. Sterrett, l. l. p. XLV. — <sup>2)</sup> cf. Goettl.-Fl. Hes. Carm. ad Scut. v. 217 sqq.

apud Homerum reperitur in illa de Martis et Veneris amore narratione et in Hoplopoia quae dicitur. In carmine Od. θ vero complura Hesiodi vel Hesiodeorum poetarum vestigia exstant cf. ad v. v. Th. 46 (θ 325); Th. 84. 86. 92 (θ 172); quod autem ad Hoplopoiam attinet, apparet id esse additamentum recentioris cuiusdam poetae <sup>1)</sup>. Cum autem Hesiodi sit vocabulis ornantibus, quae virtutem vel vitium vel artem alicuius significant, nominum propriorum loco uti <sup>2)</sup>, etiam illi loci in θ et Σ *Hesideo dicendi generi esse tribuendi videntur.*

Th. 572 (. . . διὰ βουλάς) cf. ad v. Th. 465.

Th. 576 . . . νεοθηλέας ἄνθεσι ποίης.

Od. ι 449 . . . τέρεν' ἄνθεα ποίης.

Plurimi iudices, quorum in numero Flach. et Schoemannii, v. v. Th. 576/7 damnant. Ceterum vocabulum νεοθηλής semel apud Homerum reperitur in v. II. Ξ 347 . . . νεοθηλέα ποίην neque saepius apud Hesiodum. Formula autem ἄνθεα ποίης nisi in v. Th. 576 et Od. ι 449 nusquam exstat. Cum autem illi v. v. Th. 576/7 propter multas res, quibus virginis caput ornetur, suspecti sint, ab interpolatore quodam illud hemistichium ἄνθ. π. ex v. Od. ι 449 in illum *Theog.* locum esse traductum videtur.

*Theog.* 579 (. . . περικλυτός Ἀμφιγόρις) cf. ad v. Th. 571.

<sup>1)</sup> cf. Geppert, *Uispr. d. Hom. Ged.* I. p. 430; Christ, *Hom. II.* prolegg. p. 28 et ad v. Σ 368 sqq. — <sup>2)</sup> Ita Ἐννοσίγαιος uno versu Th 15 excepto nusquam non substantivum est; c<sup>o</sup>. etiam Κοανοχαίτης in v. Th. 278 Τριπογένεια Th. 895 Scut. 197. Ἡριγένεια Th. 381.

Th. 582 . . . ὕς ἡπειρος πολλὰ τρέφει ἠδὲ θάλασσα.

Od. ε 422 . . . οἶά τε πολλὰ τρέφει κλυτὸς Ἄμφιτρίτη.

Similes formulae cum vocabulo τρέφειν saepe utrinque exhibentur velut in v. v. Theog. 107. 1001. Il. E 52. Ceterum haec in v. Th. 582 formula traducta est in v. hymn. Ven. 5: ἡμὲν ὕς ἡπειρος πολλὰ τρέφει ἠδ' ὕσα πόντος<sup>1)</sup>

Th. 583 τῶν ὄγε πῶλλ' ἐνέθηκε (χάρις δ' ἀπελάμπετο πολλή).

Od. σ 298 (ἔνεικαν) τρίγληνα μορόεντα· χάρις δ' ἀπελάμπετο πολλή.

Ad v. σ 297 recte monet Faesius v. σ 298 ex Il. Ξ 183 haustum esse videri, quae quidem sententia confirmatur eo, quod totus locus σ 158—301 (303) manum interpolatricem ostendit<sup>2)</sup>. Illos autem de feminis exornandis versus in carmine Il. Ξ et in Theog. tractavit Steitzius<sup>3)</sup>. Qui ubi exposuit v. v. hymn. Ven. 61—65 compositos esse ex v. v. Il. Ξ 170—187 et Od. θ 364—366 addit Homeri in Il. Ξ locum exemplo fuisse et ipsi Theogoniae poëtae videri. Sed perorans in medio relinquit, uter utrum imitatus sit, nisi uterque commune exemplum sequatur. Equidem non facile assentior illos Il. Ξ versus Theogoniae poëtae exemplo fuisse. Illa enim pars Ξ 153—362 antiquissimorum Il. carminum non est<sup>4)</sup> et complura vocabula in v. v. Il. Ξ 180 sqq. solum ibi leguntur vel potius ibi et in v. v. Od. σ 297 sq., in simili parte Theog. 573 sqq. non item<sup>5)</sup>.

<sup>1)</sup> cf. Sterrett, l. l. p. XLV. — <sup>2)</sup> Sittl, Wiederhol. p. 133. —

<sup>3)</sup> Steitz, Die Werke und Tage des Hes. p. 47. — <sup>4)</sup> Christ, Hom. Il. prolegg. p. 65. 95 sq. Bergk, Gr. Lit. I. p. 609. 610 A. 178. —

<sup>5)</sup> Sunt illa vocabula: ἔρματα τρίγληνα μορόεντα, voc. λοβός exstat in v. Il. Ξ 182 et hymn. 6. 8; ἀπελάμπετο medio genere dictum in v. v. Il. Ξ 183, Od. σ 298. Theog. 583. Scut. 72.



Huc accedit quod in Theogon. versus illius Promethias quae dicitur, si non omnibus mendis ac vitiis liberi tamen satis bene traditi sunt (cf. quae dicit Schoem. Hes. Theog. p. 217 contra Koechlyum, qui v. v. Th. 578–85 ex triadibus suis removet). Hesiodus igitur in aures illas tam artificiosas non novit atque qualia aurium insignia illa *ξρματα τρίγληνα μορόεντα* videntur fuisse<sup>1)</sup>, talia in Caeretano quodam et aliis Etruscis sepulcris reperta sunt, non in Graecia neque in Asia minore<sup>2)</sup>. Quae cuncta si consideraveris *Theogoniam hac in re fuisse exemplo dicere non dubites.*

Th. 587 . . . *γλαυκώπιδος ὄβριμοπάτρης.*

Od. γ 135 . . . *γλαυκώπιδος ὄβριμοπάτρης.*

Solo hoc Theog. loco, in Od. praeterea in v. ω 540 *haec formula epica* exstat

Th. 590 . . . *γυναικῶν θηλυτέρων.*

Od. λ 386 . . . *γυναικῶν θηλυτέρων.*

*Etiam haec formula* apud Hes. in hoc uno versu legitur, apud Homerum saepissime atque cum aliis casibus et alia saepe sede velut in v. v. Od. λ 434. ο 422. ω 202. ψ 166. Π. θ 520.

<sup>1)</sup> cf. Helbig, *Das homer. Epos aus den Denkmälern erläutert*, Leipz. 1884 p. 185 sqq. — <sup>2)</sup> Blümner, *Das Kunstgewerbe im Altert.* II, p. 193.

Th. 604 . . . ὁλοὸν ἐπὶ γῆρας ἔκηται.  
 Od λ 196 . . χαλεπὸν δ' ἐπὶ γῆρας ἰκάνει.

Haec et ipsa formula epica est.

Th. 611 . . . ἔχων ἀλίσστον ἀνίην.  
 Od μ 223 . . . ἄπρηκτον ἀνίην.

Neque ex hac clausula quidquam sequitur.

Th. 615 (. . . ὑπ' ἀνάγκης) cf. ad v. Th. 517.

Th. 621 (. . . ὑπὸ χθονὶ ναιετάοντες) cf. ad v. Th. 564.

Th. 622 (. . . ἐν πείρασι γαίης) cf. ad v. Th. 335.

Th. 623 . . . κραδίη μέγα πένθος ἔχοντες.  
 Od ρ 489 . . . κραδίη μέγα πένθος ἄεξεν.

Similia verba saepe leguntur velut in v. v. Th. 98. 467.  
 II. P 139. Od. λ 195. ω 231. *Ceterum est formula sermonis  
 epici.*

Th. 625 (. . . ἐν φιλότῳ) cf. ad v. Th. 306

Th. 633 (. . . δωτῆρες ἐάων) cf. ad v. Th. 46.

Th. 639 (ἀλλ' ὅτε δὴ . . .) cf. ad v. Th. 58.

Th. 661 (. . . ἐπίφρονι βουλῇ) cf. ad v. Th. 122.

Th. 664 (. . . δωτῆρες ἐάων) cf. ad v. Th. 46.

Th. 696 (πόντος τ' ἀτρύγετος . . .) cf. ad v. Th. 241.

Th. 702 (. . . Οὐρανός εὐρύς ὑπερθεῖν) cf. ad v. Th. 110.

Th. 710 . . . κάρτος δ' ἀνεφαίνετο ἔργων.

Od. κ 98 . . . οὔτ' ἀνδρῶν φαίνετο ἔργα.

Illam Theogoniae partem, Titanomachia quae dicitur, multis additamentis esse auctam suo iure iudices monent<sup>1)</sup>, id quod eo facilius fieri potuit, quo res hic et apud Homerum tractatae velut pugnae atque concursus similiores erant. Ita etiam v. *Theog.* 710 ad v. *Od.* κ 98 esse referendus videtur, ut in insequentibus versibus Th. 711 ἐκλίνθη δὲ μάχη (cf. v. *Il.* Ξ 510 . . . ἔκλινε μάχην . . .) et 712 διὰ κρατερὰς ὕσμινας (cf. v. *Il.* E 84 κατὰ κρατερῆν ὕσμ. et B 345 κατὰ κρατερὰς ὕσμ.) *Homerici sermonis sunt.*

Th. 728 (. . . ἀτρύγετοιο θαλάσσης) }  
 Th. 737 (πόντου τ' ἀτρύγετοιο . . .) } cf. ad v. Th. 241.

<sup>1)</sup> Schoem, Hes. *Theog.* p. 224 sqq.

Th. 740 . . . τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν.

Od. ξ 292 . . . τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτόν.

Eundem quem v. Od. ξ 292 finem in Od. v. v. δ 86. ζ 467. ο 230, in Il. T 32 habent. Neque saepius quam in Il. in Theog. illa formula, similis autem: τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτόν in v. Theog. 795 et in spurio<sup>1)</sup> v. Oper. 561 exstat. *Dubium non est, quin illa formula in v. Th. 740 ex Homero sit traducta.*

Th. 741 οὐδας ἴκοιτ' . . .

Od. χ 467 . . . οὐδας ἴκοιτο.

Haec est formula, quae nihil omnino momenti habet.

Th. 746 (. . . ἔχετ' οὐρανὸν εὐρὺν) cf. ad v. Th. 373.

Th. 757 (Νῦξ ὀλοή . . .) cf. ad v. Th. 224.

Th. 759 . . . οὐδέ ποτ' αὐτοῦς

760 Ἥλιος φασέθων ἐπι-  
δέρκεται ἀκτίνεσσιν

761 οὐρανὸν εἰσανίων οὐδ'  
οὐρανόθεν καταβαίνων.

Od. λ 15 . . . οὐδέ ποτ' αὐτοῦς

16 ἥλιος φασέθων κατα-  
δέρκεται ἀκτίνεσσιν,

17 οὐθ' ὅπότε ἂν στείχησαι  
πρὸς οὐρανὸν ἀστε-  
ρύντα

18 οὐθ' ὅτ' ἂν ἄψ ἐπὶ  
γαίαν ἀπ' οὐρανόθεν  
προτράπηται.

Hic versuum concentus nullo pacto forte factus esse potest. Sed videamus, quid ipsa in carmine λ verba exhibeant. In v. 16

<sup>1)</sup> cf. Goettl.-Flach, Hes. Carm. ad v. Oper. 560 sqq.



καταδέρκεται exstat ἀπαξ λεγόμενον, quod praeterea invenitur in hymno <sup>1)</sup> Cerer. 70 . . καταδέρκεται ἀκτίνεσσι. ἐπιδέρκεται autem apud Homerum non legitur, apud Hesiodum in v. v. Th. 760 et Oper. 268. Iam vocabulum στείχειν in v. Od. λ 17 nisi hoc loco apud Homerum nusquam de oriente sole dicitur, sed ἀνιέναι (in v. v. Il. Θ 538. Σ 136. Od. α 24 etc.), semel εἰσανιέναι in v. Il. H 423, ubi idem quod in v. Th. 761 hemistichium: οὐρανὸν εἰσανιόν; semel ἀνοροθεῖν in v. Od. γ 1, semel ἀνανέομαι in v. Od. κ 192. προτρέπεσθαι vocabulum autem duobus exstat locis, in v. v. λ 18 et μ 381, quorum alter, μ 381, in versibus legitur, qui iam Aristarcho suspecti (μ 374—391) iure a recentioribus iudiciis interpositi putantur <sup>2)</sup>; aliis locis pro eo μετανίσσεσθαι exhibetur (in v. v. Il. Η 779. Od. ι 58). καταβαίνειν vero in v. Th. 761, quod Homerus non habet, Hesiodus altero loco, in v. Th. 750, de Nocte, nihil offensionis praebet, cum et Nox et Sol ut personae fingantur.

Illa verba igitur in v. v. Od. λ 15—20, quamvis vocabulis πρὸς οὐρανόν et ἀπ' οὐρανόθεν expediantur, tamen solitarum Homeri de oriente vel praecipitante sole formularum non sunt.

Iam Theogoniae quidem pars, qua v. v. 759—762 continentur, a v. 746—806, cum ad Tartarum non pertineat, suspecta iudicatur <sup>3)</sup> et interpolatoris vel interpolatorum <sup>4)</sup>, at tamen ad carmina vetustiora, fortasse ad Titanomachiam quandam <sup>5)</sup> referenda videtur esse. Aetate autem infra Od. partem λ 14—20 certe non est. Cimmerii ibi commemorantur et quamvis paulum illud nomen ad Homeri aetatem determinandam valeat <sup>6)</sup>, cum ab ea gente, quae septimo saeculo a. Chr. n. in Asiam minorem

<sup>1)</sup> Hesiodus autem ille hymn. cf. Sterrett, l. l. p. XLV. — <sup>2)</sup> cf. Faesi, Hom. Od. ad v. μ 374 sqq. — <sup>3)</sup> cf. Schoem. Hes. Theog. p. 238. — <sup>4)</sup> Bergk, Gr. Lit. I. p. 985. — <sup>5)</sup> Bergk, l. l. I. p. 986. A. 52. p. 993. — <sup>6)</sup> Rohde, Rhein. Mus. 36 p. 555 sqq.

invasit, non illi, sed contra ab Homericis Cimmeriis illa gens nomen habere videatur<sup>1)</sup>, tamen cum ob alia tum propter illud ipsum vocabulum v. v. Od. λ 14—20 suspecti sunt. Nam de Cimmeriis solo loco λ 14 agitur neque quidquam de eis dicitur in v. v. Od. x 508 sqq., ubi singulae res itineris a Circe Ulixi monstrantur.

Quas res si ponderaveris, cum casu illos Theog. et Od. versus ita inter se consonare neges, a posteriore quodam poeta, qui versibus Theog. 759—761 usus sit eosque partim amplificaverit, versus Od. λ 14—20 interpositos esse probabile tibi videbitur.

Th. 768 ἰφθίμου ἵ' Αἰδέω καὶ ἐπαινῆς Περσεφονείης.

Od. x 491 εἰς Αἰδαο δόμους καὶ ἐπαινῆς Περσεφονείης.

In Odyssea praeterquam similes versus sunt: x 534 ἰφθίμου ἵ' Αἰδῆ καὶ ἐπαινῆ Περσεφ. = λ 47 et x 564 = x 491. Narrationem autem de Ulixis a Circe in Orcum itinere valde contaminatam<sup>2)</sup> esse constat neque minus v. v. x 531—538 ex λ 45—51 traductos esse<sup>3)</sup>, quamquam totum carmen λ et ipsum multis additamentis auctum est. Sed formula ἐπαιν. Περσεφ., si versum Th. 774 omiseris, quem optimi critici delent, in solo hoc v. Th. 768 reperitur, cum praeter versus Od. supra allatos iam in v. v. Il. I 457. 569<sup>4)</sup> exstet, ita ut iure dicamus illum versum Th. 768 ex Homero esse haustum, sive sequimur Wolfium, qui ex v. Od. x 534 vel λ 47 additum eum putat, sive Her-

<sup>1)</sup> Christ, Gr. Literatg. p. 37 A 5. — <sup>2)</sup> Bergk, Gr. Lit. I. p. 688. — <sup>3)</sup> cf. Faesi, Hom. Od. ad v. x 531. — <sup>4)</sup> quae pars in recentissimis Il. carminibus numeranda est, cf. Christ, Hom. Il. prolegg. p. 87. 94. 95.

mannum, qui v. Th. 768 eicit<sup>1)</sup>). Utique v. v. Th. 767—775  
actate satis recenti esse hac formula patet.

Th. 777 (. . . δώματα ναίει) cf. ad v. Th. 285.

Th. 783 . . . Ὀλύμπια δώματ' ἐχόντων.

Od. γ 377 . . . Ὀλύμπια δώματ' ἐχόντων.

Saepissime si non eandem tamen similes *formulas* utrobique  
reperis idque variis formis verbi ἔχειν variisque vocabulis ei  
adiectis.

Th. 795 (. . . τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτόν) cf. ad v. Th. 740.

Th. 796 οὐδέ ποί' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἔρχεται ἄσπον.

Od. ι 359 ἀλλὰ τόδ' ἀμβροσίης τὰ νέκταρός ἐστιν ἀπορορώς.

Hi versus eisdem fere verbis in utroque carmine leguntur,  
quae res eo magis respicienda est, quod in v. v. Th. 795—799  
multae se offerunt formulae Homericæ<sup>2)</sup>. Velut in v. Th. 797  
illud κεῖται ἀνάπνευστος καὶ ἄναυδος simillimum est versui  
Od. ε 456 . . . ὁ δ' ἄρ' ἄπνευστος καὶ ἄναυδος (κεῖτ'). Huc  
notandum, quod ἄναυδος in sola Odyssea, ἄπνευστος semel hic  
in v. ε 456 legitur, in Theogonia autem utrumque vocabulum  
(et ἀνάπν. et ἄναυδ.) semel exstat. Sine dubio autem rhapsodus

1) Schoem, Hes, Theog. p. 236. — 2) cf. Schoemann, Hes. Theog.  
p. 239.

quidam propter versus finem illud ἄπνευστος in ἀνάπνευστος mutavit, id quod Hermannus corrigit scribens ἄμ' ἄπνευστος<sup>1)</sup>. Iam similis formula exhibetur in v. v. Th. 796 . . . ἔρχεται ἄσσον et Od. λ 89 αἵματος ἄσσον ἴμεν, in v. v. Il. praeterquam Ξ 247 . . . ἄσσον ἰκοίμην et O 105 . . . ἄσσον ἰόντες. Deinde v. Th. 798 στρωτοῖς ἐν λεχέεσσι, κακὸν δέ ἐ κῶμα καλύπτει duas habet formulas Homericis non dissimiles. In v. Od. γ 399 τρητοῖς ἐν λεχέεσσιν par est hemistichio in v. η 345, Il. Ω 720 et eadem formula non in eadem versus sede est in v. v. Od. α 440. x 12. Il. Γ 448; at in Homericis carminibus nusquam, in Theog. hic στρωτός legitur, τρητός in Theog. non exstat. Neque illud κῶμα usquam in Theog. nisi in v. 798 reperitur, apud Homerum in v. v. Il. Ξ 359. Od. σ 201.

*Non dubium est quin versus Th. 798 compositus sit ex variationibus<sup>2)</sup> formularum Homericarum neque minus tota illa pars Theog. 795—799.*

Quod autem attinet ad v. Th. 799, illud tempus, μέγας ἐνιαυτός quod vocatur, apud Homerum nusquam commemoratur, sed et initium et finis versus saepissime invenitur: ἀντάρ ἐπήν in v. v. α 293. γ 45. ι 515 etc<sup>3)</sup>; εἰς ἐνιαυτόν in v. v. Od. δ 526. 595. Φ 444.

---

Th. 801 (. . . αἰὲν ἐόντων) cf. ad v. Th. 241.

---

Th. 804 (. . . δώματ' ἔχουσι) cf. ad v. Th. 783.

---

Th. 808 (πόντου τ' ἀτρογέτιο . . .) cf. ad v. Th. 241.

<sup>1)</sup> Goettl.-Fl. Hes. Carm. ad v. Th. 797. — <sup>2)</sup> de talibus poëtarum recentiorum variationibus bene Sittl, Wiederh. p. 180 sq. — <sup>3)</sup> cf. Schmidt, Parallel-Hom. p. 33, 34 et ad εἰς ἐν. p. 62 s. v.



Th. 840 (. . . καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὑπερθεν) cf. ad v. Th. 110.

Th. 848 . . . περί τ' ἀμφί τε κύματα μακρά.

Od. ω 110 . . . ἀνέμους καὶ κύματα μακρά.

Praeter v. Th. 848 haec clausula apud Hes. non reperitur, apud Homerum praeter locum supra allatum in suspecto <sup>1)</sup> v. Π. B 144, in spurio <sup>2)</sup> v. Od. ε 109, praeterea ι 147. Sed nil nisi *formulam hanc esse Homericī sermonis* et inde fortasse in v. Th. 848 esse traductam concludi potest.

Th. 857 (. . . δάμασε πλιγγῆσιν ἰμάσσας) cf. ad v. Th. 490.

Th. 869 . . . ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων.

Od. ε 478 . . . ἀνέμων διάη μένος ὑγρὸν ἀέντων.

Hic Odysseae versus par est v. Od. τ 440, sed v. v. τ 440—443 hausti sunt ex v. v. ε 478—80 et 483<sup>3)</sup>. Eandem clausulam praeterea v. Oper. 625 . . . ἀνέμων μένος ὑγρὸν ἀέντων exhibet. *Ceterum haec formula epica est.*

Th. 871 . . . θνητοῖς μέγ' ὄνειαρ.

Od. δ 444 . . . ἐφράσατο μέγ' ὄνειαρ.

ὄνειαρ vocabulum „Labsal, Erquickung“ significans praeterquam v. Od. ο 78 exhibet, at v. v. ο 78—85 iam ab Alexan-

<sup>1)</sup> Christ, Hom. II. ad v. B 144. — <sup>2)</sup> cf. Faesi, Hom. Od. ad v. ε 108. — <sup>3)</sup> cf. Sittl, Wiederh. 142.

drinis eieci sunt. Saepenumero haec formula apud Hesiodum nobis occurrit eisdem in eadem versus sede verbis atque ter quidem in Oper. v. v. 41. 346. 822, de quibus unus versus 41 vocabulum ὄνειρα eadem, quae est in δ 444, significatione ornatum exhibet. Sed haec formula et ipsa epicorum est.

Th. 873 (. . . ἐς ἠεροειδέα πόντον) cf. ad v. Th. 252.

Th. 888 (ἀλλ' ὅτε δή . . .) cf. ad Th. 52

Th. 890 (889 ἐξαπατήσας) αἰμυλίοισι λόγοισιν . .

Od. α 56 . . μαλακοῖσι καὶ αἰμυλίοισι λόγῳσιν (α 57 θέλει).

Vocabulum λόγος bis apud Homerum legitur, hoc loco et in v. Il. O 393 ἦστό τε καὶ τὸν ἕτερε λόγῳς . . , cum in ceteris Homeri carminibus μῦθος, ἔπος exstet velut in v. v. Il. A 643 μύθοισι τέροντο . . ; Od. ψ 301 τερέσθην μύθοισι . . ; Od. δ 239 καὶ μύθοις τέρεσθε . . ; δ 597 αἰνῶς γὰρ μύθοισιν ἔπεσσι τε σοῖσιν ἀκούων (v. 598 τέρομαι). Saepē apud Hesiodum velut in v. Th. 229<sup>1)</sup> . . . Λόγους Ἀμφιλογίας τε; Th. 890<sup>1)</sup>. Oper. 78 ψεύδεά θ' αἰμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλον ἦθος, cuius versus clausula propter violatum digamma in voc. ἦθος suspecta est<sup>2)</sup>; in spurio versu Oper. 106 . ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω; Oper. 789 ψεύδεά θ' αἰμυλίους τε λόγους κρυφίους τ' ὀαρισμούς.

<sup>1)</sup> v. v. Th. 229 et 890 antiquarum partium illius carminis sunt cf. Schoem. Hes. Theog. p. 128 et 246 sqq. — <sup>2)</sup> cf. Goettl.-Flach, Hes. Carm. ad v. Oper. 78.

Iure igitur dici potest Hesiodicum esse vocabulum *λόγος*, neque mirum si in v. II. *O* 393 invenitur, quae quidem pars ad recentissima Iliadis additamenta referenda est <sup>1)</sup>.

Neque magis Homericum est illud *αἰμύλιος*, quod in solo versu Od. *α* 56 <sup>2)</sup> legitur, apud Hesiodum autem in v. v. Th. 890. Oper. 78. 789 idque cum voc. *λόγος* coniunctum reperitur. Praeterea in v. hymn. Merc. 317 est: *ἀντὰρ ὁ τέχνησίν τε καὶ αἰμυλίοισι λόγοισι*, qui quidem hymnus sermone propius ad Hesiodum accedit <sup>3)</sup>.

*Sine dubio igitur illa formula Hesiodica est et cum v. Od. α 56 ita ab Hesiodica elocutione pendeat, illam Odysseae partem aetate infra Opera et Theogoniam esse sequitur.*

Th. 895 . . *κούρη γλανκώπιδα Τριτογένειαν.*

Od. *ω* 518 . . *κούρη γλανκώπιδι καὶ Αἰὶ πατρί.*

Saepe apud Homerum Minerva *κούρη Αἰός* appellatur <sup>4)</sup>, velut in v. v. II. *E* 733. *Θ* 384. *I* 536. Od. *β* 433. *γ* 42. *δ* 752. *ν* 190. 252. 300, 371 (= 252); *ω* 529. 547 (= *ν* 252. 371), sed nisi in v. v. Od. *δ* 518 et II. *Ω* 26, qui quidem versus suspectus est <sup>5)</sup>, de Minerva solum *κούρη γλανκώπις* non dicitur neque sine voc. *Αἰός* in altero Theogoniae vel omnino Hesiodi versu reperitur *haec formula, quae recentiorum poetarum putanda est*.

<sup>1)</sup> cf. Christ, Hom. II. ad v. *O* 366 et prolegg. p. 9 et 95. —

<sup>2)</sup> Quod autem Nauck pro *λόγοισι* in *α* 56 scribit *ἔπεσσι*, nobis nihil est, cum, quae lectio sit tradita, ne minime quidem dubium sit. —

<sup>3)</sup> Sterrett, l. l. p. XLV. — <sup>4)</sup> cf. La Roche, Homer. II., Berl. 1870, ad v. II. *I* 536, ubi pro *β* 396 legas 433 et omittas Od. *ε* 382, quod ibi *θρηγάτηρ Α.* non *κούρη* exstat. — <sup>5)</sup> cf. Christ, Hom. II. ad v. *Ω* 23 sqq.

Th. 896 (. . . ἐπίφρονα βουλήν) cf. ad v. Th. 122.

Th. 898 (. . . ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντα) cf. ad v. Th. 139.

Th. 900 (. . . ἀγαθόν τε κακόν τε) cf. ad v. Th. 219.

Th. 903 (. . . καταθνητοῖσι βροτοῖσι) cf. ad v. Th. 223.

Th. 906 ut v. 900 ad v. Th. 219.

Th. 908 (πολυήρατος) cf. ad v. Th. 404.

Th. 920 (. . . φιλόνημι μυεῖσα) cf. ad v. Th. 125.

Th. 921 . . . θαλερὴν ποιήσας ἄκουιν.

Od. η 66 . . . Ἀλκίνοος ποιήσας ἄκουιν.

Eadem clausula θαλ. ποι. ἄκ. in v. v. Th. 946. 948. 999 exstat, similis in hymn. Cer. 79 . . . θαλερὴν κεκλήσθαι ἄκουιν, quo Sterrett. l. l. affert v. Il. Ξ 268 . . . καὶ σὴν κεκλήσθαι ἄκουιν. Iure addit poetam Hesiodum imitatum esse, qui composuerit v. hymn. Cer. 79 et ipsum.

Iam commemorandus est v. Il. Ω 537 . . . θεὰν ποίησαν ἄκουιν, quae Iliadis pars complura vestigia Hesiodi sermonis exhibet <sup>1)</sup>. Ita in v. Ω 526 . . . αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσὶν vocabulum ἀκηδέης, quod ibi et in v. v. Il. Φ 123. Od. ρ 319 „nihil curans“ significat, ceteris locis in v. v. Od. ζ 26. ι 18. υ 130. ω 187. Il. Ω 554 passive dicitur, conferendum est cum v. v. Oper. 112 . . . ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντες et Oper. 170, ubi idem finis.

<sup>1)</sup> cf. ad v. Th. 502; Peppmüller, Commentar. ad v. Ω 526 sqq.



Praeterea in v. Ω 528 voc. *ἑάων* exhibetur, de quo ad v. Th. 46 actum est. In v. Ω 545 autem *Ἑλλήσποντος ἀπείρων* legitur, ubi, cum fretum inepte *ἀπείρων* vocetur, illa formulā ex Hesiodo traducta est, cf. v. Theog. 109 καὶ ἀπείριτος πόντος et 678 . . . πόντος ἀπείρων. In uno versu Homerico praeterquam ἐπ' ἀπείρονα πόντον exstat, in v. Il. A 350, ubi codices ἐπὶ οἴνοπα. Ut illae formulae, sic haec ποιήσ. ἄκ. in v. Ω 537 ad Hesiodum videtur referenda esse.

Tum addam v. Od. ε 120 . . . φίλον ποιήσεται ἀκοίτην, cuius loci (ε 121 sqq.) nomina considerare non alienum est.

De Orione venatore hic et in v. v. λ 310. 573 dicitur, ceteris locis, in v. v. Od. ε 274. Il. Σ 486. 488. X 29 Orion sidus est. Iasion autem solo hoc Od. loco neque saepius apud Hesiodum commemoratur. Cui autem non in mentem veniat illud ἢ οἴη Hesiodeum, cum in v. v. ε 121 ὡς μὲν ὄν', 125 ὡς δ' ὀπίον', 129 ὡς δ' αὖ νῦν legerit?

Inprimis totus de Iasione locus ex fine Theogoniae (v. 969 sqq.) videtur haustus esse, ita ut dicam compositorem illorum Odysseae versuum in responso a Calypso Mercurio reddito Hesiodum (v. v. ε 118 — 130) imitatum esse. Re vera et Orionis et Iasionis fabula, nuptiae dearum cum mortalibus viris factae, melius in finem Theogoniae quadrant, quamquam qui composuit v. v. ε 118—130 illas res, cum dearum ex orbitate virorum dolorem ostendit, ad suam causam scite accomodavit. Quod vero attinet ad v. Od. η 66 inter iudices constat totam illam de Alcinoi et Aretes genere partem, quamquam Eoearum poëta eam novit maleque interpretatus est <sup>1)</sup>, a recentiore poëta esse interpositam et profecto illa generis enarratio magis Hesiodi quam Homeri est.

<sup>1)</sup> cf. Eustath. Commentar. ad Hom. Od. Lips. 1825 ad v. v. η 54. 55. p. 259; Bergk, Gr. Lit. p. 672 u. A. 46; Christ, Chronol. p. 13.

*Tuo iure igitur hanc formulam ποιήσ. ἄκοιτιν et similem in v. v. Il. Ω 537. Od. ε 120. η 66 Hesiodicam iudices, quae raro apud Homerum idque in locis, qui et rebus et verbis ad Hesiodicum sermonem accedunt, reperiatur. Homerus quidem alio loco, in v. Γ 409 ἄλοχον ποιήσεται dicit.*

Th. 927 (. . φιλότηρι μεγάσσα) cf. ad v. Th. 125

Th. 943 (. . βίην Ἡρακλειήην) cf. ad v. Th. 289.

Th. 945 (. . ἀγακλιτὸς ἀμφιγνήεις) cf. ad v. Th. 571.

Th. 946 }  
Th. 948 } (. . θαλερὴν ποιήσασ' ἄκοιτιν) cf. ad v. Th. 921.

Th. 949 (. . ἀθάνατον καὶ ἀγήρω . . .) cf. ad v. Th. 277.

Th. 950—956 cf. ad v. Th. 289.

Th. 958 . . φασσιμβρότου Ἡελίοιο.

Od. x 138 . . ἐκγεγάτην φασσιμβρότου Ἡελίοιο.

Versus Odysseae x 135—140 et Theogoniae 956—960 si contemplatus eris, non dubitabis, quin minime casu venerit, ut illae res ita consentiant. Sed uter poeta ab utro rem traduxerit, discerni hic non potest neque hos Theogoniae versus Odysseam vel contra imitari verisimile est.

Discrepant autem loci, quod unus matrem *Περσηίδα*, alter Hesiodus *Περσηίδα* appellat et quod, ut res postulabat, apud Hesiodum generis enarratio amplior est. Neque ex sermone quis eos composuerit, concludi potest. Sed memoratu

dignum videtur voc. *μαεσίμβροτος* apud Hesiodum, Soli attributum, semel legi. In v. II. Ω 785 insolenter Aurorae tribuitur, Od. in solo carmine *κ*, v. v. 138. 191 exstat, in ea parte, quae ad Argonautarum fabulam se applicat. Neque apud Homerum de Oceano *τελήεις*, quod in v. v. Th. 242. 959, usurpatur. *ἔσφυρος* denique adiectivum bis in Theogonia exhibetur in v. v. 254. 961, nusquam apud Homerum; cuius loco ibi *καλλίσφυρος*.

*Neuter igitur poeta ex alterius carmine hausit, sed uterque ex communi fonte, ex narratione illius, Ἀργοῦς πᾶσι μελοῦσης, quae singulis quidem rebus temporibus diversis diverse<sup>1)</sup> narrabatur.*

Th. 961 (. . . ἐν φιλότιμι) cf. ad v. Th. 306.

Th. 964 (. . . ἄλμυρὸς ἐνδοθι πόντιος) cf. ad v. Th. 107.

Th. 966 (. . . κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο) cf. ad v. Th. 25.

Th. 971 *νεῖῶ ἐνι τριπόλῳ* . . . .

Od. ε 127 *νεῖῶ ἐνι τριπόλῳ* . . . .

Vocabulum *τριπόλος* semel in Theog. legitur, apud Homerum in v. v. Od. ε 127 et in recenti illa parte II. Σ 542, quibus locis etiam *νεῖός* exstat. *Νεῖός* autem sine voc. *τριπόλος* praeterea hic et illic compluries exhibetur velut in v. v. II.

<sup>1)</sup> cf. v. v. II. H 467—475. Od. κ 137—139. μ 61—72. λ 14 19. Theog. 992 sqq.

K 353. N 703. Od.  $\theta$  124.  $\nu$  32. Oper. 463. 464. Formula vero  $\nu\epsilon\iota\tilde{\omega}$   $\xi\tilde{\nu}$   $\tau\rho\iota\pi$ . nisi in v. v. Th. 971 et Od.  $\epsilon$  127 non legitur. Propter locum autem, ubi illa reperitur, de quo iam in v. Th. 921 actum est, *Hesiodæo poetæ eam tribuere non dubito*. De clausula autem  $\xi\tilde{\nu}$   $\pi\acute{\iota}\omicron\iota\iota$   $\delta\acute{\eta}\mu\omega$  cf. v. Th. 477.

Th. 982 (. . .  $\beta\acute{\iota}\eta$   $\text{Ἡρακλεΐδι}$ ) cf. ad v. Th. 289.

Th. 997 . . .  $\pi\omicron\lambda\lambda\acute{\alpha}$   $\mu\omicron\gamma\acute{\eta}\sigma\alpha\varsigma$

Od.  $\beta$  343 . . .  $\acute{\alpha}\lambda\gamma\epsilon\alpha$   $\pi\omicron\lambda\lambda\acute{\alpha}$   $\mu\omicron\gamma\acute{\eta}\sigma\alpha\varsigma$ .

In Theogonia solo hoc loco *haec formula epica* invenitur, saepenumero in Odyssea, semel in Il. v. B 690.

Th. 999 (. . .  $\pi\omicron\iota\acute{\upsilon}\sigma\alpha\iota$   $\acute{\alpha}\zeta\omicron\iota\iota\iota\iota$ ) cf. ad v. Th. 921.

Th. 1001 (. . .  $\omicron\tilde{\upsilon}\rho\epsilon\sigma\iota\iota$   $\xi\tau\rho\epsilon\phi\epsilon$  . . .) cf. ad v. Th. 582.

Th. 1003 . . .  $\text{Νηρηῶς κοῦραι, ἀλίιο γέροντος.}$

Od.  $\omega$  58 . . .  $\xi\sigma\tau\eta\sigma\iota\alpha\iota$   $\kappa\omicron\tilde{\upsilon}\rho\alpha\iota$   $\acute{\alpha}\lambda\acute{\iota}\omicron\iota\omicron$   $\gamma\acute{\epsilon}\rho\omicron\tau\omicron\varsigma$ .

Semel in Theogonia et apud Homerum clausula  $\kappa\omicron\tilde{\upsilon}\rho\alpha\iota$   $\acute{\alpha}\lambda\acute{\iota}\omicron\iota\omicron$   $\gamma\acute{\epsilon}\rho\omicron\tau\omicron\varsigma$  exstat. Saepenumero autem  $\theta\upsilon\gamma\acute{\alpha}\tau\eta\rho$   $\acute{\alpha}\lambda$ .  $\gamma\acute{\epsilon}\rho$ . in Iliade componitur velut in v. v. Il. A 538. 556. Y 107.  $\Omega$  562, ubi Nereus, in Od.  $\delta$  365, ubi Proteus, Od.  $\nu$  96. 345, ubi Phoreys  $\acute{\alpha}\lambda\acute{\iota}\omicron\varsigma$   $\gamma\acute{\epsilon}\rho\omega\iota\iota$  vocatur, sed in v. v.  $\nu$  96, 345 non  $\theta\upsilon\gamma$ .  $\acute{\alpha}$ .  $\gamma$ ., solum  $\acute{\alpha}\lambda$ .  $\gamma\acute{\epsilon}\rho$ . legitur. Inde apparet illud  $\acute{\alpha}\lambda\acute{\iota}\omicron\iota\omicron$



*γέροντος* vel *θυγ. ἀλ. γέροντος* clausulam esse sermonis epici communem, *κοῦραι ἄ. γ.* autem recentiorum poetarum esse.

Quod ad hunc in *Od. ω* locum attinet, Christ cantus et ludos funebres Achillis honoris causa factos, i. e. v. v. *ω* 47—62, ad Aretini Iliupersin referendos esse monet<sup>1)</sup>, id quod concedendum est, si universa rerum similitudo intellegitur, nam Thetidis cum Nymphis adventus hic et illic narratur. Aliter res se habere videtur in v. *ω* 60. Legitur ibi: *μοῦσαι δ' ἐννέα πᾶσαι*, id quod a solito Musarum in Homericis carminibus numero abhorret, neque in eorum, qui Homerum imitati sunt, carminibus ille numerus exstat. Id est Hesiodi, qui et in v. v. Th 60 et 76, ubi singularum nomina<sup>2)</sup> legimus, et 919 novem Musas affert. Neque est, cur illos prooemii Theogoniae versus spurios putemus. Hesiodus enim re vera Musarum quidam poeta est, neque ampla illa enumeratio ab eo aliena, id quod satis ex carminibus eius apparet. *Ille vero, qui v. Od. ω 60 fecit, cum illum numerum ponit, Hesiodum sequitur.* Ita etiam formula in Iliade crebra *Ὀλυμπιάδες μοῦσαι, Ἀὐτὸς αἰγίοχοιο* (sc. *θυγατέρες*) ex Hesiodo hausta est. Cf. ad v. Th. 25.

Th. 1008 (. . . *ἑὺσιέφανος Κνθέρεια*) cf. ad v. Th. 196.

Th. 1012 (. . . *ἐν φιλόνητι*) cf. ad v. Th. 306.

1) Christ, Chronol. p. 29. — 2) Similiter factum videmus, ut Parcae apud Homerum generatim, nominatim ab Hesiodo commemorantur.

Th. 1017 . . Καλυψὸ δῖα θεάων

Od. α 14 (et saepissime) . . Καλυψὸ δῖα θεάων.

Dubium non est, quin haec formula *Odysseae sit*. Ceterum acute de ea Sittl<sup>1)</sup> dicens non facile esse illud δῖα θεάων Calypso tributum bene interpretari, referendum videri ad v. Ξ 184, ubi poëta de Iunone dicat καλύψατο δῖα θεάων.

Th. 1022 (. . . κοῦραι Ἀιὸς αἰγιόχοιο) cf. ad v. Th. 25.

Hi igitur loci sunt Hesiodi Theogoniae et Odysseae Homeri communes. Multorum quidem versuum clausulae et formulae, vel potius numerus multo maior, usitato epicorum dicendi generi tribuendae sunt. Quomodo autem inter se contingant ut clarius appareat, Odysseae et Theogoniae locos sive rebus sive verbis similes, quos ex Odyssea in Theogoniam vel contra fluxisse patet aut verisimile est, componam omnibus unde nihil effici potest versibus omissis.

**Similes vel pares sunt partes**

v. v.  
**Theogoniae:**

v. v.  
**Odysseae:**

10

μ 192

27

τ 203

44

α 338

46. 111. 633.

θ 325. 335

664

59

ζ 470. ι 153.

ω 143

**Imitari videntur**

**Theogoniam:**

**Odysseam:**

v. v.

v. v.

Od τ 203

Th. 10

α 338

θ 325. 335

ζ 470. ι 153.

ω 143

<sup>1)</sup> Wiederhol, p. 64.

Similes vel pares sunt partes		Imitari videntur	
v. v.	v. v.	Theogoniam:	Odysseam:
Theogoniae:	Odysseae:	v. v.	v. v.
84 } 84 <sup>1)</sup>	ϑ 170 } ϑ 166	ϑ 166	
86 } usque ad	ϑ 171 } usq. ad	usque ad	
91 } 91	ϑ 173 } ϑ 179	ϑ 179	
110. 702. 840	ε 184 (Il. O 36)	ε 184 (Il. O 36)	
117. 128	ζ 42	ζ 42	
139. 898	δ 321	δ 321	
148	τ 260. 597. ψ 19	τ 260. 597. ψ 19	
160. 540. 547.	δ 455. 529	δ 455. 529	
555			
196. 198. 934.	ϑ 288		Th. 1008
1008			
212	ω 12	ω 12	
228	λ 612	λ 612	
(278	Il. Y 224	Y 224) <sup>2)</sup>	
289. 315. 332.			
943(950-956)	λ 601—605	λ 601—605	
982			
313	λ 432	λ 427—443	
321	λ 611	λ 611	
373	δ 479. λ 133.		Th. 373
	ψ 280		
454	λ 604	λ 604	
502 <sup>3)</sup>	ο 470		
509	λ 299 (Il. Ξ 324)	λ 299 (Il. Ξ 324)	
515	ψ 330. ω 539	ψ 330. ω 539	
571. 579. 945	ϑ 300 349. 357.	ϑ 300 etc.	
	Il. Σ 383 etc.		
576	ι 449		Th. 576
583	σ 298. Il. Ξ	σ 298. Il. Ξ	
	180 sqq.	180 sqq.	

1) tractatur hic locus s. v. Theog. 92. — 2) cf. ad v. Th. 411. —  
<sup>3)</sup> v. v. Th. 501 - 506 eodem tempore facti videntur quo Od. ο 301—492  
et vetus pars Il. Ω.

Similes vel pares sunt partes		Imitari videntur	
v. v.	v. v.	Theogoniam:	Odysseam:
Theogoniae:	Odysseae:	v. v.	v. v.
710	z 98		Th. 710. 711. 712
740	ξ 292		Th. 740
759	λ 15	λ 14—20	
760	λ 16		
761	λ 17. 18		
768	z 491		Th. 768
796	ι 359		Th. 795—799
848	ω 110		Th. 848?
890	α 56	α 56	
921. 946 948. 999	η 66	η 66. ε 120. Ω 537	
950—956 <sup>1)</sup>	λ 601—605	λ 601—605	
958	z 138 <sup>2)</sup>		
971 <sup>3)</sup>	ε 127	ε 127 (ε 118 —130)	
1003	ω 58	ω 60 <sup>4)</sup>	
1017	α 14		Th. 1017.

Haec vero, quorum singuli versus vel totae partes Hesiodi Theogoniam imitari videntur, Odysseae carmina sunt:

Odyss. v. v.	Theog. v. v.	Odyss. v. v.	Theog. v. v.
α 56	890	η 66	921 (946. 948. 999)
338	44		
δ 455 } 529 }	160 (540. 547. 555)	θ 170 (166— 179)	84 (85. 86)
ε 120	921 (946. 948. 999)	300(349.357) 325 (335)	571 (579. 945) 46 (111. 633. 664)
127(118-130)	971		
184	110 (702. 840)	λ 14—20	759. 760. 761
ζ 42	117 (128)	299	509

<sup>1</sup> cf. ad v. Theog. 289. — <sup>2</sup> ex eodem fonte uterque hausit —  
<sup>3</sup> cf. ad v. Th 921 — <sup>4</sup> v. ω 60 sequitur v. v. Th. 60. 76. 917.



Odys. v. v.	Theog. v. v.	Odys. v. v.	Theog. v. v.
λ 427 -- 443	313	τ 260	148
604	454	597	
601 -- 605	289 (950-- 956)	ψ 19	
611	321	ψ 330	515
612	228	ω 12	212
σ 298 (Ξ 180..)	583	60 <sup>1)</sup>	60. 76. 917
τ 203	27	539	515

Formularum igitur vel versuum opinione minus ex Odyssea in Theogoniam fluxit. Odysseae autem carmina vix ex dimidia parte vestigia Hesiodica exhibent omniumque integerrimus est ille *νόστος* qui dicitur. Quae ibi formulae vel res ad Hesiodicam rationem accedunt, in eis, ut locis supra tractatis demonstratur, interpolantium manus deprehenditur<sup>2)</sup>. Nullum vero carmen plures interpolationes praebet quam λ<sup>3)</sup>. Sed recentiores et recentissimae partes cum Hesiodico sermone communia quaedam habent, atque in locis quidem qui non interpositi videntur<sup>4)</sup>. Neque hoc mirum, nam quo tempore illae compositae sunt, tum Hesiodi carmina iam diu pervulgata erant et quae ad suam cuique causam apta essent, a rhapsodis alia aliunde sive commutata sive immutata traducebantur.

<sup>1)</sup> cf. ad v. Th. 1003. — <sup>2)</sup> cf. v. v. Od. ε 120. 127. 184. ζ 42. η 66. θ 170 etc. — <sup>3)</sup> cf. v. v. Od. λ 14 sqq. 299. 427 sqq. 601 sqq. — <sup>4)</sup> cf. v. v. Od. α 56. 338. δ 455. τ 203. 260. 597. ω 12. 60. 539.



Odys. v.  
 λ 427 -- 443  
 604  
 601 -- 605  
 611  
 612  
 σ 298 (H 180  
 τ 203

Formul  
 in Thegoni  
 parte vestig  
 ille νόστος  
 deam ration  
 stratur, inte  
 carmen plure  
 et recentiss  
 habent, atq  
 Neque hoc n  
 Hesiodi carr  
 cuique causa  
 mutata sive

<sup>1</sup> cf. ad  
 η 66. Ὀ 170  
<sup>4</sup> cf. v. v. Od.

Theog. v. v.  
 48  
 15  
 12  
 0. 76. 917  
 15

is ex Odyssea  
 x ex dimidia  
 egerrimus est  
 res ad Hesio-  
 etatis demon-  
 Nullum vero  
 ed recentiores  
 nia quaedam  
 si videntur<sup>4</sup>).  
 tae sunt, tum  
 tae ad suam  
 de sive com-

27. 184. ζ 42.  
 19. 601 sqq. —  
 . 60. 539.



Opfer	W. 77	Opfer	W. 77
111	111	111	111
112	112	112	112
113	113	113	113
114	114	114	114
115	115	115	115
116	116	116	116
117	117	117	117
118	118	118	118
119	119	119	119
120	120	120	120

In demselben Jahre war eine wichtige Arbeit erschienen  
 in der ersten Hälfte dieses Jahres erschien eine Arbeit  
 über die Geschichte der deutschen Literatur im 17. und 18. Jahrhundert  
 von demselben Verfasser, die in der ersten Hälfte dieses  
 Jahres erschienen ist. In der ersten Hälfte dieses Jahres  
 erschienen zwei wichtige Arbeiten über die Geschichte der  
 deutschen Literatur im 17. und 18. Jahrhundert. In der  
 ersten Hälfte dieses Jahres erschienen zwei wichtige  
 Arbeiten über die Geschichte der deutschen Literatur im  
 17. und 18. Jahrhundert. In der ersten Hälfte dieses  
 Jahres erschienen zwei wichtige Arbeiten über die  
 Geschichte der deutschen Literatur im 17. und 18. Jahrhundert.

